This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Lp 15, 9.04 *

Harvard College Library

FROM THE

SALISBURY FUND.

In 1858 STEPHEN SALISBURY, of Worcester, Mass. (Class of 1817), gave $5000, the income to be applied to "the purchase of books in the Greek and Latin languages, and books in other languages illustrating Greek and Latin books."

*481. ROME, 1904. Ed. Consoli.

A. Persii Flacci Saturarum Liber. Recensuit adnotatione critica instruxit testimonia usque ad saeculum XV addidit Santi Consoli. Editio maior. Romae apud Hermannum Loescher et Socium (Bretschneider & Regenberg) anno MCMIV. 8°. pp. xvii + 256.

M. HCL.

The book was prin[redacted] et Scuderius' (p. iv).

A. PERSII FLACCI

SATVRARVM

LIBER

INDEX

librorum, quos SANTI CONSOLI scriptor edidit:

Italiensk Grammatik til brug for Norske og Danske. — Catania, 1884. L. 3. (in deposito presso E. Hauffs boghandel, Kristiania, in Norvegia).

Istituzioni di lingua latina esposte, secondo il metodo scientifico, agli alunni delle scuole secondarie classiche. — Catania, F. Tropea, 1887. L. 3, 50 (esaurito).

Introduzione allo studio del D. N. — Torino, F.lli Bocca, 1888. L. 6 (esaurito).

Fonologia latina. — 2ª ediz. riveduta e migliorata.—Milano, U. Hoepli, 1892. L. 1, 50.

Letteratura norvegiana. — Milano, U. Hoepli, 1894. L. 1, 50.

De C. Plinii Caecilii Secundi rhetoricis studiis. — Catinae, C. Galatola, 1897. L. 3 (esaurito).

Il neologismo negli scritti di Plinio il giovane. Contributo agli studi sulla latinità argentea. — Palermo, A. Reber, 1900. L. 3.

Neologismi botanici nei carmi bucolici e georgici di Virgilio. Contributo agli studi sulla latinità dell' evo augusteo. — Palermo, A. Reber, 1901. L. 3.

L' autore del libro " De origine et situ Germanorum ": ricerche critiche. — Roma, E. Loescher & C.°, 1902. L. 3.

La " Germania " comparata con la " Naturalis historia " di Plinio e con le opere di Tacito; ricerche lessigrafiche e sintattiche. — Roma, E. Loescher & C.°, 1903. L. 3.

Note critiche e bibliografiche di letteratura latina, puntata I. — Catania, Barbagallo & Scuderi, 1903. L. 1.

Brevi annotazioni critiche alle satire II III e IV di Persio.—Roma, E. Loescher & C.°, 1904. L. 1.

Litterarum formis propediem describetur eiusdem scriptoris liber, qui inscribitur

De Persii saturarum fontibus.

A. PERSII FLACCI

SATVRARVM

LIBER.

RECENSVIT ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXIT TESTIMONIA
VSQVE AD SAECVLVM XV ADDIDIT

SANTI CONSOLI

Editio maior

ROMAE
APVD HERMANNVM LOESCHER ET SOCIVM
(Bretschneider & Regenberg)
ANNO MCMIV

~~S/15.219.04~~
Lp 15.9.04.
Salisbury fund

Ius describendi litterarum formis hunc librum SANTI CONSOLI *scriptor sibi suisque peculiare ex legibus reseruauit.*

Catinae in uia Maddem quae uocatur, no. 160.

Hunc librum litterarum formis descripserunt Catinae S. Barbagallus et L. Scuderius, artifices socii, anno MCMIV.

PIIS MANIBVS

MARGRETHAE GLÖERSEN

CONIVGIS DILECTISSIMAE

SACRVM

Catinae Kal. Mart. MDCCCXCVII

PRAEFATIO

' uaporata lector mihi ferueat aure '
PERS.

Ad recensendam hanc saturarum Persianarum editionem *a)* codices Pers., *b)* electorum commentarii *(excerpta)*, *c)* scriptorum, qui nonnullis locis Persium laudauerunt et eius uerba sententiasque imitati sunt, codices et editiones litterarum formis descriptae, mihi subsidia fuerunt.

A) I. Ex codd. Pers. Montepessulanum no. ~~212~~ *(P)*, uulgo Pithoeanum ex Petri Pithoei olim possessoris nomine, ad textum Persianum constituendum elegi ; etenim cod. laudatus ex libro quodam Cornuti philosophi uel Caesii Bassi poetae manu scripto haustus, non dubie recensionis optimae firmamentum existimandus, eamque ob rem quam accuratissime describendus est. cod. *P*, in membranis saec. X exeunte scriptus, olim in monasterio s. Nazarii Laurishemensi, nunc in scholae medicae Montepessulanae bibliotheca, manibus correctorum saeculis XI, XIV, XV haud raro euersus quam emendatus, Persii et Iuuenalis saturas cum interpretationibus antiquis praebet. (1) sunt quidem

(1) Codicem *P* I. V. Bertinus, R. Beerus, Fr. Buechelerus, S. G. Owenius diligenter contulerunt : atque Io. Biegerus in commentatione aditiali, quae inscribitur *de A. Persii Flacci codice Pithoeano C recte aestimando*, Berol. 1890, quantum praestantia cod. *P* codicibus ceteris, qui recensione Sabiniana innituntur, excelleret, cum perspicuitate docuit.

nonnulla deprauata in hoc cod., quae mihi aliorum codicum, praecipue correctoris P^2, subsidiis corrigenda, ut :

a) ex ratione metrica : *prooem.* 3 ' memini me ut ' ; 10 ' ingeniique ' ; 14 ' perpegaseum melos '. *sat.* 1, 73 ' dentialia ' ; 111 ' euge omnes bene '. *sat.* 2, 13 ' nam est ' ; 39 ' non nutrici ' ; 55 ' subit '. *sat.* 3, 97 ' sepelli '. *sat.* 4, 40 ' fluxasque '. *sat.* 5, 102 'perornatus'; 129 ' in pectore'; 148 'picem'; 157 'instantibusque'; 159 'arrumpit'. *sat.* 6, 7 ' hibernaque ' ; 36 ' castae ' ; 59 ' etiam si terrae ';

b) ex rerum et uerborum contextu : *sat.* 1, 12 ' petulantis plenae ' ; 34 ' uanum ... siquis ' ; 87 ' laudatu ' ; 93 ' didici '. *sat.* 2, 6 ' susurros ' *om.* ; 45 ' fibram '. *sat.* 3, 9 ' oridas ' ; 15 ' hunc ine ' ; 94 et 96 ' pallens ' (cf. *sat.* 1, 124. 3, 85. 4, 47. 5, 80 et 184). *sat.* 5, 148 ' picem ' ; 170 ' radere cassas '. *sat.* 6, 11 ' pauonem ' ; 40 ' crassa ' ; 59 ' ritum ' ;

c) ex uera ac recta uerborum scriptura : *sat.* 1, 31 ' satyri ' ; 93 ' bere cynthius ' ; 99 ' torba mimilloneis ' ; 101 ' lyncae ' (*lineola add. sup.* ae). *sat.* 2, 19 et 22 ' iaio ' ' taio ' ; 26 ' iuuente '. *sat.* 3, 20 ' etfluis '. *sat.* 4, 25 ' quaesieri '. *sat.* 5, 71 ' cantum ' ; 85 ' liberio ' ; 123 ' beatilli ' (cf. Sen. *n. q.* VII 32, 3. Tac. *ann.* I 54, 8. Iuuenal. II 6, 63. Cass. Dion. *rer. Rom.* LIV 17, 5); 150 ' suadare deunges ' ; 171 ' uoce et ' ; 184 ' recutit atque ' ; 188 ' alit '. *sat.* 6, 6 ' aegrecius ' ; 16 ' obit ' ; 56 ' uerbi ' ; 71 ' tu sista ' : qui omnes fere ll. uulgares sunt lapsus. sed in textum Persianum aliquot recepi codicis *P* lectiones, quas alii repudiandas putauerunt, ut : *sat.* 1, 107 'uerbo'; 124 ' Eupoliden '. *sat.* 2, 10 ' patruum '; 26 ' Ergenaque '; 52 ' incusasque '; 53 ' laeto '; 57 ' purgantissima '; 73 'animos '; 75 ' admoueant '. *sat.* 3, 23 ' est '; 60 ' dirigas '; 93 ' laturo ' ; 97 ' sepellitur istas ' (sepeli tu ristas). *sat.* 4, 9 ' illut '; 13 ' est '; 30 ' mordes '; 51 ' est '. *sat.* 5, 9 ' inuiso '; 10 ' camini ' ; 11 ' raucos ' ; 15 ' rodere ' ; 2 ' quandoque '; 36 ' seposui ' ; 51 ' certum ' ; 58 ' putris

et ' ; 61 ' uita ... relicta '; 82 ' donat '; 97 ' uitiauit '; 103 ' exclamat ' ; 117 ' seruans ' ; 136 ' et sitiente camello '; 137 'audiat'; 174 'ne nunc'; 186 ' hinc'; 190 ' Pulfenius'. *sat.* 6, 3 ' rerum '; 9 ' pretium est operae cognoscere '; 39 ' piper'; 54 ' patruis'; 61 ' in decursum ' (indecursum); 68 ' surge ' ; 69 ' coquetur '.

II. Anno 402° p. Chr. n. (1), Flauius Iulius Tryfonianus Sabinus, haud illitteratus iuuenis, saturas Persianas 'temptauit emendare sine antigrapho' Barcinone (2): praebent enim recensionem Sabinianam certo testimonio hi codices:

a) Montepessulanus no. 212 (*A*), saec. IX exeunte uel saec. X ineunte litteris minutis Carolingicis, quae dicuntur, in membranis scriptus, olim in bibl. Bouheriana, nunc in scholae medicae Montepessulanae bibl. adseruatus, qui Nonium Marcellum, Persium, Prisciani uersus de *est et non,* uerborum indicem quendam continet: praebet praeterea correctiones a manu quadam eiusdem aetatis adlatas (A^2), adiectis interpretationibus nonnullis ; (3)

b) Vaticanus 36 H (*B*), qui in tabulario basilicae Vaticanae adseruatur, saec. IX, ut uidetur, in membranis scriptus ; et continet Boethii *de arithm., tract. theol.*, Persium, iterum *tract. theol.*, Prisciani uersus de *est et non*, fin. *tract. theol., praecept. art. rhet., collect. de dialecticis.* (4)

(1) Cf. P. Relandum, *fast. cons.* a. 1154 ab u. c., 402 p. Chr. n., p. 544 sq.

(2) De codicum *A B* subscriptione, quae Persium emendatum esse a Sabino nos docet, uide, sis, Iahnii commentationem in actis, quae inscribuntur *Berichte ueb. die Verhandlungen der kgl. saechsischen Gesellschaft der Wissenschaft zu Leipzig*, 1851 p. 332 sqq.

(3) Hunc codicem accurate contulerunt Duebnerus, Ad. Michaelis, nuper Oxonii S. G. Owenius, quem incredibili iuuit liberalitate Delcassius, rei publicae Francogallicae moderator summus de rebus, quae cum exteris nationibus et gentibus agendae sint.

(4) Codicem *B*, collatum, intercedente Niebuhrio, in Heinrichii usum, denuo a. 1879 Ioh. Henr. Wheelerus contulit.

III. Ex antiquissimo libro rescripto Bobiensi (*Bob*) saec. IV, in quo concilii primi Chalcedoniensis acta superscripta erant, duo folia exstant, quae in bibl. Vaticana insignita no. 5750 adseruantur: continent Pers. 1, 53-104 et Iuuenal. V 14, 323 - 15, 43. (1)

IV. Codicum reliquorum saturas complectentium Persianas, quorum numerus quidem ingens exstat, antiquissimos quosdam elegi aetate et fide commendatos, uidelicet:

a) codd. Bernenses (*Bn*) nn. 257, 398, 542, 327, quos ex litterarum ordine *Bn.a*, *Bn.b*, *Bn.c*, *Bn.d* distinxi: *aa*) Bern. no. 257 (*Bn.a*) mutilus (desunt enim 1, 96 - 2, 48) in membranis scr. saec. X, olim in bibl. Iac. Bongarsii adseruatus, a Casaubono, Iahnio, aliis magni putatus; *bb)* Bern. no. 398 (*Bn.b*) in membr. scr. saec. X, interpolatus; *cc)* Bern. no. 542 (*Bn.c*) mutilus (initium enim capit a *sat.* 2, 46) in membr. scr. saec. X; *dd)* Bern. 327 (*Bn.d*) in chartis scr. saec. XI; (2)

b) codd. Pariss. (*Pr*) nn. 8048, 8049, 8055, 8070, 8272, quos ex litterarum ordine, ut codd. Bernenses, *Pr.a*, *Pr.b*, *Pr.c*, *Pr.d*, *Pr.e* notaui: *aa)* Parisiacus no. 8048 (*Pr.a*) in membr. scr. saec. XI, olim in bibl. Claudii Puteani, contin. Pers., Ouid. *de rem. am.*, Auien., *chron. Britonum*, Ser. Sammon., *uit. s. Bern.*, *carm. de computo*, *de diff. uerborum*, uaria, uerborum indic., *rhet. ad Herennium*; *bb)* Parisiacus no. 8049 (*Pr.b*) in membr. eleganter scr. saec. XI, contin. Persii uitam et saturas cum uerborum explicatione, Petronii excerpta, Senecae sententias; *cc)* Parisiacus no. 8055 (*Pr.c*) in membr. scr. saec. XI, contin.

(1) Reliquias libri rescripti Bobiensis a Gustauo Loewio exscriptas edidit Georg. Goetzius, *Iuuenalis et Persii fragm. Bob.*, Ienae 1884; lectiones enim discrepantes ediderat Maius, *class. auct.* t. III p. XVIII sqq.

(2) Codd. Bernenses in adiumentum ed. Weberianae C. G. Muellerus contulit.

Stat. *Theb.*, Pers., Sen. *tragoed.*; *dd)* Parisiacus no. 8070 *(Pr.d)* in membr. scr. saec. XI, contin. Iuuenal. (ab alt. m. scr. saec. XII) et Pers.; *ee)* Parisiacus no. 8272 *(Pr.e)* in membr. clare scr. saec. XI, olim in bibl. Colbertina no. 4067, contin. uitam et saturas Persii, adscriptis *scholiis,* quae uocantur; (1)

c) codd. Monacenses (*Mn*) duo insignitos, alterum no. 330, alterum litteris *F/I*: *aa)* Monacensis no. 330 (*Mn.a*) in membr. scr. saec. XII (sed fol. 58u. *prooem.* et *sat.* 1, 1 - 7 scr. ab alt. m. saec. XI), contin. Auitum et Persium; *bb)* Monacensis *F/I* (*Mn.b*) in membr. scr. saec. XI. (2)

Praeter codd. laudatos inspexi: *aa)* codicem Leidensem no. 78 (*L*) scr. saec. X; (3) *bb)* codicem Laurentianum plut. LXVIII 24 (*Lr*) in membr. scr. saec. XI, contin. Aratoris carm., Auian., libr. Homeri, Pers., Bedam *de metris;* (4) *cc)* codicem Treuirensem (*T*) in membr. scr. saec. IX/X, contin. Persium, adscripta uerborum interpretatione; (5) *dd)* codicem Guelferbytanum Gud. 79 (*G*) in membr. scr. saec. XI; (6) *ee)* codicem Hauniensem no. 2028 (*H*) in membr. rescriptum saec. XI, adiecta uerborum interpretatione; (7) *ff)* codicem Ebnerianum (*Eb*) bibl. Meyerianae Norimbergensis, in membr. scr. saec. XI-XII; (8) *gg)* codicem Bodleianum, Auct. *F.* I. 15 (*Bdl*) in membr. scr. saec. X; (9) *hh)* codicem Can-

(1) Cod. *Pr.a* C. B. Hasius, cod. *Pr.c* Roesius, codd. Parisiacos reliquos Iahnius contulerunt.

(2) Cod. *Mn.a* Iahnius, cod. *Mn.b* Schweigerus contulerunt.

(3) Codex *L* a C. F. Hermanno et A. Kisselio collatus est.

(4) Cod. *Lr* Iahnius contulit.

(5) Cod. *T* Loersius cont.

(6) Cod. *G* Schoenemannus cont.

(7) Cod. *H* et reliquos codd. Persianos bibl. reg. Hauniensis Plumius cont.

(8) Cod. *Eb* C. F. Hermannus cont.

(9) Cod. *Bdl* S. G. Owenius cont.

tabrigiensem collegii sacrosanctae Trinitatis *O.* IV. 10 (*C*) in membr. scr. saec. X, contin. Pers. et Iuuenal. ; (1) *gg)* codicem Ottoburanum (*O*) bibl. monasterii Ottoburani (Ottobeuren) in Bauaria, in membr. scr. saec. XII, contin. Pers. *sat.* et uerborum interpretationem. (2) horum codd. lectiones, a sinceris atque ueris non numquam discrepantes, cum iisdem non numquam conspirantes, omnino non adieci, sed tantummodo lectiones, quae mihi instrumentum necessarium uidebantur, ut earum adiumentis uitia corrigerem codicum *P A B Bob*, adiunxi; reliquos codd. recentiores, (3) quorum ex collatione parum utilitatis saturarum Pers. editioni meae fore habui pro certo, omnino omisi.

V. Ad recensendam Persii uitam de commentario Probi Valerii sublatam codd. adhibui hos:

a) Bernensem no. 257 (*Bn.a*), (4) Monacensem *F/I* (*Mn.b*), Parisiacum no. 8049 (*Pr.b*), Parisiacum 8272 (*Pr.e*), Guelferbytanum Gud. 79 (*G*), quos supra laudaui ;

b) Monacensem *e. 3* (*Mn.d*) in membr. scr. saec. XII ; Laurentianum pl. XXXVII 20 (*Fl*) in membr. scr. saec. XIII; Bernensem no. 223 (*Bn.e*) scr. saec. XV ; (5)

---

(1) Cod. *C* Coningtonius et Owenius contulerunt: uid. de codd. *Bdl C* disputationem Georgii R. Scottii editam in *Class. Rev.* IV 17 sqq., 241 sqq.

(2) Cod. *O* Matthias Zilloberus contulit.

(3) Codicibus recentioribus Persianis adscribendi sunt: *a)* cod. Messanensis VII (14) in chart. scr. a. 1459, quem Vincentius Vssani in *Stud. it. di filol. class.* X 1902 p. 167 sqq. descripsit; *b)* cod. Magliabechianus VII 276 in membr. scr. saec. XV; *c)* cod. Magliabechianus VII 948 in chart. scr. saec. XV: utrumque descripsit Aloysius Galante in comment. philol. laud. X 1902 p. 344 et p. 349 sq.

(4) Codicis *Bn.a* lectiones una cum codicis Lugdunensis (*Ld.a*) lectionibus Io. Iac. Breitingerus inspexit atque in *exercitat. crit. in uitam Pers.* ap. Schelhornium, *amoen. litt.* t. X p. 1103 sqq., edidit.

(5) Hos codd. Iahnius contulit.

c) codd. Lugdunenses insignitos no. 18 e Vossianis (*Ld.b*), no. 78 e libris Vulcanii (*Ld.c*), quibus Oudendorpius in recensendis Suetonianis libris usus erat. inspexi praeterea uitae Persii editionem principem a. 1499, cuius curam egit Io. Bonardus Veronensis.

B) At uero, cum ad textum Tibullianum constituendum subsidia critica parmagni momenti ex *excerptis Frisingensibus* cod. Monacensis Lat. 6292 uenissent, mihi non praetereundum putaui, quin electorum commentarios inspicerem hos :

a) codicem Sangallensem no. 870, olim *D* 476, (*S*) in membranis scr. saec. IX, qui Persii quadraginta uersus continet; (1) *b)* codicem Monacensem no. 6292 (*F*), olim Frisingensem 92, in quo inest (ff. 91-98) 'excerptio quaedam prouerbiorum de libro Persii '; *c)* codicem Coloniensem no. 194 (*K*) scr. saec. XI, qui continet Pers. *sat.* 1, 58-60. 2, 69. 3, 66-72. 4, 23-24. 5, 52-53, 116-117, 132-139; *d)* codicem Parisiacum no. 7647 (*D*), olim in bibl. Iacobi Augusti de Thou, in membr. scr. saec. XIII ineunte, fortasse saec. XII exeunte ; (2) *e)* codicem Parisiacum no. 17903 (*E*), olim in bibl. eccl. *Notre-Dame* no. 188, scr. saec. XIII; (3) *f)* codicem Monacensem no. 4423 (*Mn.c*), scr. saec. XV, cuius foll. 240 sqq. Persii electa continent ; *g)* codicem Parisiacum no. 8818[A] (*Mz*), olim Mazarinaeum, scr. saec. XV, qui pauca ' ex libro Persii metrico' excerpta continet; *h)* codicem Vaticanum

(1) Cod. *S* Christophorus Stephanus contulit : uid. eius commentationem inscriptam *das prosodische Florilegium der S. Gallener Handschrift nr.* 870 *und sein Werth für die Iuvenalkritik* editam in *Rh. Mus.* XL 1885 p. 268 sqq.

(2) Hunc cod. Meynckeus nota *T* distinxit.

(3) Cod. *E* ex Meynckei nota *N. D.* insignitus est.

Reg. 1428 (*V*), scr. saec. XV, cuius foll. 232-240 'deflorationes Persii' continent. (1)

C) Ad textum Persianum constituendum inspexi praeterea scriptores aetate posteriores usque ad saeculum XV, qui locos Persianos laudauerunt uel excerpserunt; sed mihi caute de his cura agenda erat, nam, ut ait Gulielmus Meyer Spirensis, (2) 'qui excerpserunt, iidem expoliuerunt'; qua re in mea pristina sententia permansi, optimorum codicum Persianorum fidem potiorem semper habendam esse quam testimoniorum, quae haud raro ambigua apparent. in laudandis scriptorum locis eorum rationem scribendi seruaui immutatam; atque in laudandis scriptorum libris manu scriptis notis usus sum iisdem, quibus codices grammaticorum Latinorum H. Keilius, codd. Seruianos Georgius Thilo, codd. commentariorum Porphyrionis G. Meyerus, codd. librorum XXII Augustini *de ciuitate Dei* B. Dombartius, codd. *scholiorum in Horatium* Fr. Paulyus, codd. Apollinaris Sidonii Chr. Luetiohannes, cett. distinxerunt.

D) A lectionibus codicum uariis secreui uirorum doctissimorum coniecturas, quibus Persii textus, librorum fide

(1) Codicum *F K D E Mn.c Mz* V lectiones collegit Caroli Wotkii et Caroli Hosii commentatio quaedam inscripta *Persiusexcerpte*, edita in *Rh. Mus.* XLIII 1888 pp. 494-504. de codd. Parisiacis disputauit Gustauus Meyackeus in *Rh. Mus.* XXV 1870 pp. 369-392. Rud. Peiperus codicem quendam memorat bibl. Berolinensis (Ms. Diez. B. Santen. 60) in membr. scr. saec. XIV, inscriptum *florilegium de diuersis poetis et auctoribus antiquis*, cuius in fol. 33ᵛ laudatur Persius: uid. editionem Peiperianam comoediae, quae inscribitur *Aululuria siue Querolus*, litterarum formis descriptam Lipsiae a. 1875 p. XV.

(2) Vid. G. Meyeri *praefat.* edit. commentariorum Porphyrionis in Horatium, p. X.

satis innisus, mea quidem sententia nusquam fere eget; attamen in textum, ut cod. *P* lectiones quaedam seruarentur, coniecturas tantummodo recepi has: *sat.* 3, 23 sq. 'properandu's' | 'fingendu's', cui lectio *P* 'est' uersus 23[i] apte accommodaretur; *sat.* 3, 60 'tendas', quod uerbum cum lectione *P* 'dirigas' congrueret (cf. Hemphillium, *the satires of Persius* p. 44); *sat.* 4, 30 'si' pro 'sit', ut facultas recipiendae lectionis *P* 'mordes' daretur; *sat.* 5, 116 'politu's', qua coniectura lectio *P* 'seruans' uersus 117[i] seruaretur. adnotationes persaepe addidi, ut quasi tabula quadam imaginem conspiceres fatorum, quae textus Persianus longo temporum interuallo passus esset per uiros ingenio et doctrina praeditos, qui Persii saturas ediderunt uel summo studio in eis uersati sunt. ceterum in adnotationibus coniecturis subiunctis quid sensissent uiri docti, quos supra laudaui, de librariorum notis in textu ponendis commemoraui; atque iuxta paginae numerum uersuum num. saepissime scripsi, ut locos laudatos legere esset perfacile. ad extremum denique librum nominum indices adiunxi.

Consilio igitur magis codices optimos quam meam persuasionem persequendi, saturas Persianas recensui: 'quibus parum uel quibus nimium est, mihi ignoscant' (Augustin., *de ciu. Dei* XXII 30); sed spes bona me tenet homines doctissimos atque humanissimos benigne librum meum esse excepturos.

Scribebam Catinae mense Septembri a. MCMIV.

SANTI CONSOLI

SVBSIDIORVM CONSPECTVS

I. *de saturis Persianis:*

A cod. Montepessulanus no. 212 bibliothecae medicae, saec. IX exeunte scriptus

A ² huius codicis aequaeuus corrector

B cod. tabularii basilicae Vaticanae 36 H, saec. fortasse IX scr.

B ² huius codicis corrector

Bdl cod. Oxoniensis bibl. Bodleianae Auct. F. I. 15 saec. X

Bdl ² huius codicis corrector

Bn.a cod. Bernensis no. 257 saec. X: desunt *sat.* 1, 96 - 2, 48

Bn.b cod. Bernensis no. 398 saec. X

Bn.c cod. Bernensis no. 542 saec. X: desunt *sat.* 1, 1 - 2, 45

Bn.d cod. Bernensis no. 327 saec. XI

Bob scheda libri rescripti Vatic. no. 5750, olim Bobiensis, circiter fin. saec. IV scr.: continet *sat.* 1, 53-104

C cod. Cantabrigiensis collegii ss. Trinitatis *O.* IV. 10, saec. X

Eb cod. Norimbergensis (bibl. Meyer.), olim Ebnerianus, saec. XI-XII

G cod. Guelferbytanus Gud. no. 79 saec. XI

H cod. bibl. Hauniensis no. 2028 saec. XI

L cod. Leidensis no. 78 saec. X

L ² huius codicis corrector

Lr cod. bibl. Laurentianae pl. LXVIII 24 saec. XI

Mn.a cod. Monacensis int. Lat. no. 330 saec. XI

Mn.b cod. Monacensis *F/I* saec. XI

O cod. Ottoburanus saec. XII

P cod. Montepessulanus no. 125 bibl. medicae, olim Pithoeanus, saec. IX exeunte scriptus

P ² huius codicis corrector antiquus

Pr.a cod. Parisiacus no. 8048 saec. XI

Pr.b cod. Parisiacus no. 8049 saec. XI

Pr.c cod. Parisiacus no. 8055 saec. XI

Pr.d cod. Parisiacus no. 8070 saec. XI
Pr.e cod. Parisiacus no. 8272 saec. XI
T cod. Treuirensis saec. IX-X

II. *de electorum commentariis:*

D cod. Parisiacus no. 7647, olim Thuaneus, saec. XII-XIII
E cod. Parisiacus no. 17903, olim in bibl. aedis sacrae, quae 'Notre-Dame' uocatur, no. 188, saec. XIII
F cod. Monacensis no. 6292, olim Frisingensis 92, saec. X-XI
K cod. Coloniensis no. 194 bibl. aedis sacrae 'cathedralis' Coloniensis saec. XI
Mn.c cod. Monacensis no. 4423 saec. XV
Mz cod. Parisiacus no. 8818[A], olim Mazarinaeus, saec. XV
S cod. Sangallensis no. 870 saec. IX
V cod. Vaticanus Reg. no. 1428 saec. XV: *deflorationes Persii*

III. *de Persii uita:*

Bn.a cod. Bernensis no. 257 *(uid. supr.)*
Bn.e cod. Bernensis no. 223 saec. XV
Fl cod. bibl. Laurentianae pl. XXXVII 20 saec. XIII
G cod. Guelferbytanus Gud. no. 79 *(uid. supr.)*
Ld.a cod. Lugdunensis ap. Breitingerum
Ld.b Ld.c codd. Lugdunenses ap. Oudendorpium
Mn.b cod. Monacensis *F/I (uid. supr.)*
Mn.d cod. Monacensis *e. 3* saec. XII
Pr.b cod. Parisiacus no. 8019 *(uid. supr.)*
Pr.e cod. Parisiacus no. 8272 *(uid. supr.)*

A. PERSII FLACCI

SATVRARVM

LIBER

PROOEMIVM

Nec fonte labra prolui caballino,
nec in bicipiti somniasse Parnaso
memini, ut repente sic poeta prodirem;
Heliconidasque pallidamque Pirenen
illis remitto, quorum imagines lambunt
hederae sequaces: ipse semipaganus
ad sacra uatum carmen adfero nostrum.
Quis expediuit psittaco suum 'chaere'
picasque docuit uerba nostra conari?
magister artis ingenique largitor
uenter, negatas artifex sequi uoces.
quod si dolosi spes refulserit nummi,
coruos poetas et poetridas picas
cantare credas Pegaseium nectar.

Lectiones uariae

Prooemii choliambos in extremo libro A B, ante saturam primam P cett. ponunt persii flacci satirarum incipit prohemium *Bdl* incipit prologus persii *L* persius in prooemio libri sui. quod fames etiam muta animalia cogit loqui *D* prolog' psii (p *litt. lineola subtus transfixa)* sic incipit *Mn.c* prologus *schol. Pers.* **2** parnoso *Pr.e* pnaso (1) (p *litt. lineola subtus transfixa) Mn.c*

3 memini me (2) ut *P A B Bdl Bn.a Bn.b C G H L Lr Mn.a Pr.b Pr.c Pr.d Pr.e O V Aldhelmus ap. Maium, class. auct. t.* V *p.* 519, 6 me *(sup. scr.) Eb* me *(alt. m. del.) Mn.b* sic repente *Eb Pr.a Pr.d V* sic *om. Mn.a* prodierim *Eb* fierem *Pr.c* **4** eliconiadasque *Bn.a Bn.d Lr* heliconiadasque (3) *G L Pr.a* heliconidasque *Pr.c* aeliconiadas *A B* eliconiadas *V* heliconiadas *Mn.a* heliconidas *Eb* helyconasque *O* pyrenen *Bn.a Mn.a Mn.b Pr.a* pirenem (4) *Bn.b* pirene *O* sirenen *A B* **5** remitto *G Mn.a Pr.a Pr.b Pr.e O al.*

---

(1) ' Parnaso ' habent Hauthalius, Duentzerus, Iahnius (1868), Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus; ceteri ' Parnasso '.

(2) ' me ' est quidem omittendum rat. metr.: uide, sis, Fr. Buecheleri disputationem, quae inscribitur *der Text des Persius* in *Rh. Mus.* XLI 1886 p. 455.

(3) ' Heliconiadasque ' in textum receperunt Schreuelius, Wetstenius, Walthardus, ed. Bipontin., Achaintrius, Weberus, Hauthalius, Casaubonus (ed. Duebner. 1839), Duentzerus, Hermannus, (eiusque uid. *lect. Pers.* III p. 2), Bucciarellius, alii; ' Heliconidasque ' Casaubonus (1647: in *comm.* p. 11 ' Heliconiadas '), Prateus, Montius, Passowius, Iahnius (1851.1868), Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii.

(4) ' Pirenem ' habent edd. Schreuelianae 1648 et 1664, et Wetsteniana.

remitto *(sup. scr.* relinquo) *Mn.b* relinquo (1) *Eb V* lambunt *P (sup. scr.* ambiunt uel coronant P^2) labunt *Pr.a* ambiunt *A B* **6** (2) ipse ego *Eb* ego *Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 462, 7 **7** offero (3) *Bn.d O* **8** expediit *A B* expetiuit (*sup. scr.* d *litt.*) *D* psitacho *P D E* psytacho *L* psitaco (4) *O* phitaco *V* kere (5) *P Mn.a* cere supine *A B* chere *L O D E V al.* **9** picasque *P* A^2 *L V* picamque (6) *A B Eb Mn.a Pr.d* picas quis *Bn.b* picaque *(sup. scr.* s *litt.) D* uerba nostra (7) *P Bn.a Bn.d Pr.a Pr.d V* nostra uerba *A B Eb L* uestra uerba *D* mala uerba *E*

conari. et blandiri legitur *schol. Pers. pr.* 9 *proxime ab u.* 8° *H aliique codd. recentiores, proxime a u.* 9° *L haec uerba habent:* ' coruos quis olim concauum salutare? ' *sed in cod. Berolinensi n. 38 pro* ' concauum '

---

(1) ' relinquo ' Montius, Passowius, Iahnius (1843) scripserunt; ceteri ' remitto '.

(2) ' ederae ' praebet Duentzerus.

(3) Scripserunt ' adfero ' Hauthalius, Duentzerus, Iahnius (1868), Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus ; ceteri ' affero '.

(4) Sic Hauthalius.

(5) De u. ' kere ' scripsit G. Harsterus, *Vualtheri Spirensis uita et passio s. Christophori martyris,* Muenchen, akademische Buchdruckerei von F. Straub 1878, p. 6 sq. adnot.

(6) ' picamque ' receperunt Iahnius (1851. 1868), Hermannus (1879), Bucciarellius ; ceteri ' picasque '.

(7) ' uerba nostra ' inuenies ap. Casaubonum, Schreuelium, Wetstenium, Walthardum, ed. Bipontin., Montium, Achaintrium, Weberum, Iahnium (1851), Hermannum, Bucciarellium, Buechelerum (1893), Owenium, alios; ' nostra uerba ' ap. Prateum, Passowium, Hauthalium, Iahnium (1843. 1868), Duentzerum, Némethyum, alios.

apparet ‘ caesarem ’. (1) 10 ingeniique (2) *P A B Bn.a Bn.b L Lr Mn.a Pr.a Pr.b T O D E V Seruius, comm. in georg.* I 146 *p.* 166, 20 *uol.* III *Thilo* 11 negates *cod. Seruianus H l. l.* artis sex *A B* 12 refulserit *P L V* refulgeat P^2 *A B Eb Lr (in ras.) Pr.a Pr.b Pr.c Pr.e Io. Saresberiensis, policrat.* VII 16 refulgeat *(sup. scr.* ul. refulserit) *Pr.b* refulserit. et refulgeat (3) *schol. Pers. pr.* 12 13 poetrias (4) *Bn.c Bn.d* 14 pegaseium *schol. Pers. pr.* 14 perpectascum *Pr.a* ppegaseum (p. *litt. prior lineola subtus transfixa est) P G Mn.a Pr.b Pr.e O Mn.b* (per *del.) : cum interpretatione* ualde pegaseum *cod. Turicensis c.* 58 275 *s.* XIII pegaseum *A B Bdl Bn.a Bn.b Bn.d L Pr.c Pr.d V* nectar *A B Eb Mn.a* melos (5) *P L O V al.* melos. in aliis est nectar *Pr.b Pr.e schol. Pers. pr.* 14

---

(1) Editio Britannici a. 1505 haec praebet: ‘ uersus hic a Fonteio, non ab aliis ponitur ’. uersum laudatum in Persii prooemio interscripsit post u. 9^{im} G. P. Clericius in commentatione, quae inscribitur *il prologo di A. Persio Flacco interpretato,* Parmae 1885 p. 2, 2 et p. 31 adnot. 1.

(2) Lect. ‘ ingeniique ’, cui metrum obstat, elegerunt Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, Walthardus, alii.

(3) ‘ refulgeat ’ praetulerunt Iahnius (1851. 1868), Hermannus, Bucciarellius; ceteri ‘ refulserit ’ receperunt. ‘ numi ’ pro ‘ nummi ’ scripsit Hauthalius. de uocis ‘ nummi ’ ui in u. 12° disputauit Morris H. Morganus, *notes on Persius, Class. Rev.* III 1889, p. 10 sq.

(4) Scripserunt ‘ poetrias ’ Casaubonus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Achaintrius, Weberus, alii.

(5) ‘ melos ’, quod ex interpretatione uocis ‘ nectar ’ natum idemque contra metrum est, receperunt Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Achaintrius, alii; ‘ nectar ’ Reizius, Passowius, Orellius, Weberus, Hauthalius, Casaubonus (ed. Duebner. 1839), Iahnius,

Coniecturae

6 ' secaces ' pro ' sequaces ' coniecit Aurelianensis (Dorleans), *ad Tac. ann.* I p. 87: u. Iahnii ed. 1843 p. 4; Duentzeri ed. 1844 p. 12 9 ' blatire ' pro ' conari ' Wagnerus 14 ' cernas ' pro ' credas ' Lucius Ioannes Scoppa, *collectan.* I 34 in Gruteri *lamp. critica* t. I p. 944 ' cantáre Pegaséium melós credas ' Turnebus, *aduersar.* IV 22 p. 125, 10 et X 13 p. 299, 24 ed. Argent. 1599, ex cod. Berolinensi 39 s. XV: u. Passowii ed. 1809 I p. 233

Testimonia

1-3 ' nec fonte (inquit) labra prolui caballino, | nec in bicipite somniasse Parnasso | memini me' Aldhelmus, *de re grammatica et metrica ad Acircium regem,* ap. Maium, *class. auct.* t. V p. 519, 4 sqq., Romae 1833
1 sq. ' nec fonte labra prolui caballino, | nec in bicipiti

Duentzerus, Hermannus, Bucciarellius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii. De hac lect. Politianus, *miscellan.* centur. I 44 p. 262, 46 sqq. Basileae 1553 scripsit: ' quare nihil dubitandum, quin sit illud m e l o s in Persiano uersiculo tanquam uerruca deformis recidendum restituendumque n e c t a r: quod ratio nobis toto capite et uetusta pariter autoritas *(sic)* adnuerunt '. uid. etiam Politiani *epist.* XII 1 Ioanni Pico Mirandulae, p. 164, 42 sqq. cf. Ferdinandi Hauthalii libros qui inscribuntur *a) A. Persii Fl. satira prima edita et castigata,* Lps. 1833 p. 5 sq.; *) Beitraege zur Geschichte, Verbesserung, Feststellung und Erklaerung des Textes der Satiren des Persius,* erster Theil, Lps. 1837, p. 88 sq.

somniasse Parnasso' Rufinus, *comm. in metra Terentiana* p. 560, 1 sq. uol VI *g. L.* K. Hugo Trimberg., *registr. mult. auct.* 136, p. 21 I. Huemer **1** ' nec fonte labra prolui caballino ' *schol. in Stat. Theb.* IV 61, p. 162 *B*, 20 sq. Emer. Cruceus, Parisiis 1618 ' nec f. l. p. caballino ' Maius, *class. auct.* t. VIII p. 132, 28 sq. et p. 467 *a*, 18 sqq., Romae 1836 **2** sq. ' nec in bicipiti som niasse Parnaso | memini ' *schol. in Stat. Theb.* I 62 p. 7 *C*, 37 sq. ed. l. **6** sq. ' ego semipaganus | ad sacra uatum carmen affero nostrum ' Maius, t. l. p. 462, 7 sq. **10** sq. ' magister artis ingeniique largitor | uenter, negatas artifex sequi uoces ' Seruius, *comm. in georg.* I 146 p. 166, 20 sq. uol. III fasc. 1 Thilo **13** sq. ' coruos, poëtas, et picas poëtridas | credas ' Maius, t. l. p. 443, 22 sq.

Imitatores

1 ' Orpheaque et laticem simulatum fontis equini ' Apollinaris Sidonius, *carm.* 16, 2 p. 239, 10 Luetjohann, *mon. Germ. hist., auct. antiquiss.* t. VIII, Berol. 1887 ' neque labra prolui fonte caballino ' Walterus Map Lincolniensis, *contra ambitiosos et auaros* 12 p. 153, 4, *the latin poems commonly attributed to W. M., collected and edited by Thomas Wright,* Lond. 1841. (1) **2** ' triceps namque Parnassus noster, non iam biceps, sicut olim Iocuti sunt poetae priores ' Petrus Mauricius, *epist.* IV 32

(1) Mihi omittendum puto quod de Thiofridi Epternacensis *uita Willibrordi metrica* Konradus Rossbergus scripsit (Lps. 1883, p. 115, c. I): « Pers. prol. 1 = I 2 »; nihil enim Thiofridi lib. I u. 2 p. 3, 3 ' non salit ingenii mihi proflua uena profundi ' continet quod, ut mihi uidetur, cum Persii prol. u. 1 comparari possit.

c. 862, 44 sq., *biblioth. Cluniacens.* M. Marrier et A. Quercetanus, Lut. Paris. 1614 ' inter Cyrreas dea plus celebranda sorores | Parnassi biiugo nutrita cacumine montis ' Aegidius Corboilensis, *lib. de uirtutibus et laudibus compositorum medicaminum prolog.* 29 sq. p. 506, 16 sq., Polycarpi Leyseri *hist. poetarum et poematum medii aeui* cet., Halae Magdeb. 1721 ' quocirca licet forte ironice me somniasse dicant aliqui in Parnasso ' *prolog. in historiam peregrinorum (Friderici I imperatoris cognomento Barbarossae expedit. Asiat. ad sepulchrum Domini* cet.) p. 499, 7 sq. t. III par. II *thes. mon. ecclesiast. et hist. siue Henrici Canisii lect. antiq.* Basnage, Amstelaedami 1725 8 ' dic quaeso psittacum quis « chaere » docuit ? ' Walterus Map Lincolniensis, *de palpone et assentatore* 505 p. 121, 21 ed. l. ' dabis aut expedies frustra tuum «chaere» ' Walterus Map Lincolniensis, *de auaritia et luxuria mundi* 119 p. 166, 25 ed. l. (1) 10 sq. ' pascuntur autem his escis qui laetantur eis, nec illi laetantur eis quorum Deus uenter est ' Augustinus, *confess.* XIII 26, 39 c. 283, 14 sqq. t. I opp., Venetiis 1756 ' magister stomachus qui uoces tribuit ' Walterus Map Lincolniensis, *de palpone et assentatore* 506 p. 121, 22 ed. l.
12 ' nullum graue periculum est, si spes dolosi nummi refulgeat ' Io. Saresberiensis, *policrat. siue de nugis curialium et uestigiis philosophorum* VII 16 p. 465, 12 sq., Lugd. Batau. 1639 14 ' fontigenarum uirginum chorus Pegaseae uocis nectare diffluebat ' Martianus Capella, *de musica* IX 908 p. 340, 1 Eyssenhardt. (2)

(1) Max. Manitius, *Beitraege zur Geschichte römischer Dichter im Mittelalter, Philol.* I 1889 p. 719, laudat etiam uerba ' illud psittaci: chere basileos ' Ricardi Diuisiensis, *de rebus gestis Ricardi I,* p. 414 Howlett.

(2) De Politiani testimonio uide, sis, quae scripsi in notis criticis de prooemii uersu quarto decimo.

I

« O curas hominum, o quantum est in rebus inane.
quis leget haec ? »
« min tu istud ais? nemo hercule, nemo...
uel duo uel nemo. »
« turpe et miserabile. »
« quare ?
ne mihi Polydamas et Troiades Labeonem
praetulerint ? nugae. non, si quid turbida Roma
eleuet, accedas examenue improbum in illa
castiges trutina, nec te quaesiueris extra.
nam Romae est quis non...? ac si fas dicere... sed fas
tunc cum ad canitiem et nostrum istud uiuere triste
aspexi ac nucibus facimus quaecumque relictis,
cum sapimus patruos; tunc tunc, ignoscite, nolo:
quid faciam ? sed sum petulanti splene cachinno.
Scribimus inclusi, numeros ille, hic pede liber,
grande aliquid quod pulmo animae praelargus anhelet.
scilicet haec populo pexusque togaque recenti
et natalicia tandem cum sardonyche albus
sede legens celsa, liquido cum plasmate guttur
mobile collueris, patranti fractus ocello.
tunc neque more probo uideas nec uoce serena
ingentis trepidare Titos, cum carmina lumbum
intrant, et tremulo scalpuntur ubi intima uersu.
tun, uetule, auriculis alienis colligis escas,
auriculis quibus et dicas cute perditus 'ohe' ?
quo didicisse, nisi hoc fermentum et quae semel intus

innata est rupto iecore exierit caprificus? »
« en pallor seniumque. o mores, usque adeone
scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter ? »
« at pulchrum est digito monstrari et dicier 'hic est';
ten cirratorum centum dictata fuisse
pro nihilo pendes? ecce inter pocula quaerunt
Romulidae saturi quid dia poemata narrent.
hic aliquis cui circum humeros hyacinthina laena est,
rancidulum quiddam balba de nare locutus,
Phyllidas, Hypsipylas, uatum et plorabile si quid
eliquat, ac tenero supplantat uerba palato.
assensere uiri: nunc non cinis ille poetae
felix? non leuior cippus nunc imprimit ossa?
laudant conuiuae: nunc non e manibus illis,
nunc non e tumulo fortunataque fauilla
nascentur uiolae? rides, ait, et nimis uncis
naribus indulges. an erit qui uelle recuset
os populi meruisse et cedro digna locutus
linquere nec scombros metuentia carmina nec tus?
Quisquis es, o modo quem ex aduersodicere feci,
non ego cum scribo, si forte quid aptius exit,
quando hoc rara auis est, si quid tamen aptius exit,
laudari metuam, neque enim mihi cornea fibra est.
sed recti finèmque extremumque esse recuso
'euge' tuumet 'belle'. nam 'belle' hoc excute totum:
quid non intus habet? non hic est Ilias Atti
ebria ueratro? non si qua elegidia crudi
dictarunt proceres? non quidquid denique lectis
scribitur in citreis? calidum scis ponere sumen,
scis comitem horridulum trita donare lacerna,
et 'uerum, inquis, amo, uerum mihi dicite de me'.
qui pote? uis dicam? nugaris, cum tibi, calue,

pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet.
o Iane, a tergo quem nulla ciconia pinsit,
nec manus auriculas imitari mobilis albas,
nec linguae, quantum sitiat canis Apula, tantae.
uos, o patricius sanguis, quos uiuere ius est
occipiti caeco, posticae occurrite sannae.
Quis populi sermo est? quis enim nisi carmina molli
nunc demum numero fluere, ut per leue seueros
effundat iunctura unguis? ' scit tendere uersum
non secus ac si oculo rubricam derigat uno.
siue opus in mores, in luxum, in prandia regum
dicere, res grandes nostro dat Musa poetae '.
ecce modo heroas sensus afferre docemus
nugari solitos Graece, nec ponere lucum
artifices nec rus saturum laudare, ubi corbes
et focus et porci et fumosa Palilia faeno,
unde Remus sulcoque terens dentalia, Quinti,
cum trepida ante boues dictatorem induit uxor
et tua aratra domum lictor tulit. ' euge poeta:
est nunc Brisaei quem uenosus liber Acci,
sunt quos Pacuuiusque et uerrucosa moretur
Antiopa, aerumnis cor luctificabile fulta? '
hos pueris monitus patres infundere lippos
cum uideas, quaerisne unde haec sartago loquendi
uenerit in linguas, unde istud dedecus, in quo
trossulus exultat tibi per subsellia leuis?
nilne pudet capiti non posse pericula cano
pellere, quin tepidum hoc optes audire 'decenter'?
'fur es' ait Pedio. Pedius quid? crimina rasis
librat in antithetis, doctas posuisse figuras
laudatur: 'bellum hoc'. hoc bellum? an, Romule, ceues?
men moueat? quippe et cantet si naufragus, assem

protulerim ? cantas, cum fracta te in trabe pictum
ex humero portes ? uerum nec nocte paratum
plorabit, qui me uolet incuruasse querella. »
« Sed numeris decor est et iunctura addita crudis.
claudere sic uersum didicit ' Berecyntius Attis '
et 'qui caeruleum dirimebat Nerea delphin',
'si costam longo subduximus Appennino' »
«'arma uirum', nonne hoc spumosum et cortice pingui,
ut ramale uetus praegrandi subere coctum ?»
« quidnam igitur tenerum et laxa ceruice legendum ?
' torua Mimalloneis implerunt cornua bombis,
et raptum uitulo caput ablatura superbo
Bassaris et lyncem Maenas flexura corymbis
euhion ingeminat: reparabilis adsonat echo'. »
« haec fierent, si testiculi uena ulla paterni
uiueret in nobis ?. summa delumbe saliua
hoc natat in labris, et in udo est Maenas et Attis,
nec pluteum caedit, nec demorsos sapit unguis. »
« Sed quid opus teneras mordaci radere uerbo
auriculas ? uide, sis, ne maiorum tibi forte
limina frigescant, sonat hic de nare canina
littera. »
« per me equidem sint omnia protinus alba:
nil moror. euge omnes, omnes bene, mirae eritis res.
hoc iuuat? ' hic, inquis, ueto quisquam faxit oletum'.
pinge duos anguis, 'pueri, sacer est locus, extra
meite ': discedo. secuit Lucilius urbem,
te Lupe, te Muci, et genuinum fregit in illis ;
omne uafer uitium ridenti Flaccus amico
tangit et admissus circum praecordia ludit,
callidus excusso populum suspendere naso :
me muttire nefas? nec clam? nec cum scrobe? nusquam ?

hic tamen infodiam. uidi, uidi ipse, libelle :
auriculas asini quis non habet? hoc ego opertum,
hoc ridere meum, tam nil, nulla tibi uendo
Iliade. audaci quicumque afflate Cratino
iratum Eupoliden praegrandi cum sene palles,
aspice et haec, si forte aliquid decoctius audis.
inde uaporata lector mihi ferueat aure,
non hic qui in crepidas Graiorum ludere gestit
sordidus et lusco qui possit dicere ' lusce ',
seque aliquem credens, Italo quod honore supinus
fregerit heminas Arreti aedilis iniquas,
nec qui abaco numeros et secto in puluere metas
scit risisse uafer, multum gaudere paratus,
si cynico barbam petulans nonaria uellat.
his mane edictum, post prandia Callirhoen do. »

Lectiones uariae

I Thebaidorum (1) persi satura *P* Persii flacci satirarum incipit *A B* Incipit Liber Persii Flacci Satirarum Primus *Bdl* Incipit liber persii *L* Excerptio prouerbiorum | de libro Persii *F* In prima ecloga *D E* Incipit liber psii (p *litt. lineola sublus transfixa)* Satira pma *Mn.c* Prima satira *V* Ex libro persii metrico *Mz* 1 o *ante* quantum *om. Mn.c Pr.a Pr.d* et quantum *Io. de Monsterolio, epist. sel.* XLIII *ad praeceptorem c.* 1405 *E,* 53 est *om. E* inane est *V* in *om. Bn.b*

---

(1) Haec mira saturae Persianae inscriptio, ut recte monuit Henricus Duentzerus *(A. P. Fl. satirae,* Treueris 1844, praef. p. 3 adn. *), ' sine dubio a cod. miscellaneo Statium et Persium complectente, qualis est Parisiensis 8055, originem traxit '.

2 illud *Bn.b* hercle *Bn.b Bn.d* 3 mirabile *Bn.d* 4 nec *Bn.b G Pr.a Pr.c T Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 7, 11 n *(sup. scr.* c *litt.) Mn.c* an *pro* ne *Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 300, 7 *et p.* 461, 17 michi *Mn.c* polidamas (1) *O Mn.c* ac *pro* et *Mn.a* troades *Bn.b* troadies *O* 5 praetulerit *Mn.c* nuge *L* num si *Bn.d O* 6 examenue *P L* examenque (2) P^2 *A B Bn.d H Lr (in ras.) Mn.a Pr.b Pr.d Pr.e T* 7 tritina *S p.* 29 *u.* 423 ne *Mz Ratherius, praeloq.* I 10, 24: nec *in florilegiis D E V* quesieris *L* qsiueris *(lin. add. sup.* q *litt.) S. l. l.* quaesiuerit *A B* quaesierit *Macrobius, comm. in somn. Scip.* I 8, 3 8 romae est *P Eb L* romaest *A B* est *om. Bn.b* ac *P A B Bn.a Bn.b Bn.d Eb L Lr Pr.a Pr.b Pr.c Pr.d Pr.e T* ah (a) (3) *Mn.a Mn.b (ex corr.)* si fas est *Mn.a* 9 tunc *P L* tum (4) *A B* caniciem (5) *O* caniciem *(sup. scr.* ul. Canidiam) *Bn.d* 10 musis *(adscr.* ul. nucibus) *Bn.d* quodcunque *Bn.b* 12 nam sum *Bn.d* sub *pro* sum *codd. Seruiani R H comm. in Aen.* VIII 219 ' tum ' *pro* ' sum ' *Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 143 *a,* 28 petulantis plenae *P Eb* petulantis plene *cod. Seru. R l. l.* chacinno *Eb cod. Seru. H l. l.*

---

(1) ' Pulydamas ' scripsit Némethyus pp. 6; 20; 56 sqq.

(2) Receperunt ' examenque ' Passowius, Weberus, Casaubonus (ed. Duebner. 1839), Iahnius (1851. 1868), Owenius; ceteri ' examenue '.

(3) ' ah ' scripserunt Prateus, Walthardus, Montius, Weberus, Casaubonus (ed. Duebner. 1839), Iahnius (1851), Hermannus, Bucciarellius, Albinius p. 345, alii; ' a ' Iahnius (1863); ' at ' Schreuelius (1664), Wetstenius, Passowius; ' ac ' ceteri.

(4) ' tum ' habet Iahnius (1851. 1868); ceteri ' tunc '.

(5) ' caniciem ' est in edd. Casauboni, Schreuelii, Wetstenii, Bipontin., cet.

chachinno *cod. Seru. A l. l.* cacinno *cod. Seru. F l. l.* chachinne *cod. Seru S l. l.* **13** numero *Bn.b* **14** quod *P L* quo (1) *A B Eb* prelargus *L* hanelat *Bn.d* **15** ut *pro* haec *Bn.d* pexus *A B* pexusque *A* [2] **16** tandem natalicia (2) *Mn.a* sardonice *Bn.a Bn.b Bn.d L Lr Mn.a Pr.a Pr.b Pr.d Pr.e O: cf. Hieron., in Iesai.* 15, 54 *u.* 11-12 sardoniche (3) *S p.* 29 *u.* 424 albus *(corr. ex* altus) *P* aluus *S l. l.* **17** legens (4) *P A B Eb L Porphyrio, comm. in Hor. serm.* II 2, 21 *p.* 247, 7 *Meyer* leges *Pr.c ed. pr.* celsa *om. cod. Porphyrionis M l. l.* plosmate *O* **18** mobile *om. Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 453, 2 colueris *Bn.d* colluerit (5) *Bn.b Bn.c Bn.d G Lr Mn.b Pr.b Pr.c Pr.e O*

---

(1) Lectione ' quo ' Iahnius (1851. 1868) usus est; ceteri ' quod '.

(2) Scripserunt ' natalitia ' Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Achaintrius, Weberus, Hauthalius, alii, inter quos I. Lipsius, *elect.* I 13 p. 681, 39 t. I.

(3) ' sardoniche ' scripsit Walthardus: ' Sardonyche ', cum S littera maxima nulla ex causa, Bucciarellius.

(4) ' leges ' receperunt Pithoeus, Casaubonus, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Reizius, Montius, Achaintrius, Orellius, Iahnius, Buechelerus (1893), Némethyus, alii; ' legens ' Schreuelius, Wetstenius, Passowius, Weberus, Hauthalius, Duentzerus, Hermannus (cuius uid. etiam *lect. Pers.* II p. 12, Marb. 1842), Bucciarellius, Owenius, alii. I. Lipsius scripsit et ' sede leges celsa ' *(elect.* I 13 p. 681, 40 t. I Vesaliae 1675) et ' sede legentem celsa ' *(epist. select. centur.* II *ad Belgas* XLVIII p. 895, 11 t. II ed. l.).

(5) ' colluerit ' scripserunt Passowius, Hauthalius, alii; ' collueris ' Prateus, ed. Bipontin., Montius, Achaintrius, Weberus, Casaubonus (ed. Duebner. 1839), Iahnius (1843. 1868), Duentzerus, Hermannus, Bucciarellius, alii: cf. Maii op. l. p. 453, 2; ' conlueris ' Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, Walthardus, Iahnius (1851), Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii.

fraetus *A B* fructus *codd. Seruiani A H P R comm. in buc.* 3, 8 fractus *cod. Seru. M l. l.* ocellos *cod. Seru. P l. l.* **19** tunc (1) *P Eb* tunc *(sup. scr.* hic) *Bn.b* hic P^2 *A B* nec (*sup. scr.* neque) *Bn.b* ne uoce (2) *Bn.d* . **20** ingentis (3) *Bn.a al.* carmine *O* **21** trepido *Pr.a* scalpantur *Pr.b* **22** tunc *A B* tu *(lin. add. sup.* u *litt.: sup. scr.* tunc o) *Bn.d* tune *codd. Prisciani B D G K L inst. gr.* III 6, 34 tun$_*$ *cod. Prisc. H l. l.* uetulae *codd. Prisc. H K l. l.* auriculus *cod. Prisc. R l. l.* colligit *Io. Saresberiensis, pol.* III 4 aescam *cod. Prisc. G l. l.* aescas *cod. Prisc. K l. l.* escas *cod. Prisc. Heidelb. Krehlii l. l. Io. Saresberiensis, pol. l.l.* escam (4) *ed. Prisc. Keiliana g. L. uol.* II *p.* 107, 19 **23** (5) perdito soae *A B* perdita *Bn.b* hohe *Bn.a L O* hoe *Lr* hec *Pr.d* oche *Bn.b* **24** quod *A B Mn.b Pr.b Pr.e* quod *(sup. scr.* ad quid) *Pr.a* quid (6) *Eb F Humbertus de Sylua Candida, adu. calumn. Michaelis patr. Const. p.* 293, 28 fermentatum P^2 et *om. cod. Prisc. G inst gr.*

---

(1) ' tunc ' scripserunt Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii ; ' hic ' Prateus, Montius, Achaintrius, Hauthalius, Iahnius, Duentzerus, Hermannus, Bucciarellius, alii; ' heic ' Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Walthardus, ed. Bipontin., Passowius, Weberus, alii.

(2) ' neque uoce ' habent Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Achaintrius, Weberus, Hauthalius, Iahnius (1843), alii.

(3) ' ingentis ' Iahnius (1851. 1868), Buechelerus ed. III, Owenius, Némethyus, alii ; ' ingentes ' ceteri scripserunt.

(4) Lect. ' escam ' usurpauit Achaintrius, ed. 1812 p. 17.

(5) ' tute ' pro ' cute ' praebet ed. pr. *Graecismi* Eberhardi Bethuniensis cap. 24 u. 50, formis descripta c. a. 1480.

(6) ' quid ' pro ' quo ' legerunt Passowius, Achaintrius, Weberus, Casaubonus (ed. Duebner. 1839) ; ' qui ' Hauthalius.

existimat Guyetus 112 (1) 113 ‘ pueri, lucus sacer; ’ Hauthalius, ed. 1833 p. 37 115 ‘ Iulis ’ pro ‘ in illis ’ Dousa, *comm. Hor.* c. 9 : uid. Iahnii ed. 1843 p. 20 118 ‘ exterso ’ pro ‘ excusso ’ Erasmus, *adag.* I 8, 22 119 (2) ‘ mussem ’ pro ‘ nusquam ’ deleto interrogandi signo quod praecedit, Schuetzius, *opp.* p. 324 sq. 124 ‘ praegnanti ’ pro ‘ praegrandi ’ Nasserus 127 ‘ plaudere ’ pro ‘ ludere ’ suspicatus est Nencinius, op. l. p. 295 et p. 302 128 ‘ quin ’ pro ‘ qui ’ coniecit Nencinius, op. l. p. 297 et p. 302 130 ‘ Ereti ’ pro ‘ Arreti ’ Norisius: uid. Duentzeri ed. 1844 p. 24 131 ‘ sectasque ’ pro ‘ secto ’ Passowius in ed. 1809 I p. 365 coniecit et ipse improbauit ‘ facto ’ pro ‘ secto ’ Grotefendius in Erschii et Gruberi *encycl.* t. I p. 53: uid. Iahnii ed. 1843 p. 21 ‘ notas ’ pro ‘ metas ’ Duentzerus, ed. l. p. 24 133 (3) 134 ‘ Callirrhoe ’ pro ‘ Callirhoe ’ N. Festa, *la prima sat. di Pers.* col. 19, 15 et 28 (*Atene e Roma* VII n. 61-62)

Testimonia

1 ‘ o curas hominum, o quantum est in rebus inane ’ Bruno, *uit. s. Adalberti* additam. capiti 32, p. 611, 53 *mon.*

---

(1) Interrogandi signum iuxta ‘ iuuat ’ omiserunt Casaubonus (quamuis in *comm.* ed. 1647 p. 150, ed. 1839 p. 110 legendum quidem locum cum interrogatione putaret), Schreuelius, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Weberus, Hauthalius, Duentzerus, alii. Hermannus, Bucciarellius, alii uersum 112um interrogandi signo clauserunt.

(2) Versum 119um interrogandi signo clauserunt Hauthalius, Iahnius (1851. 1868), Hermannus, Bucciarellius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii.

(3) In extremo uersu 133° Walthardus punctum omisit

Germ. hist. ed. Pertz t. VI (scriptorum t. IV), Hannouerae 1841 Petrus Blesensis, *epist.* 23 p. 41 *a*, 1 opp. omn. Parisiis 1667 *political songs* u. 8 p. 28, *a collection of political poems and songs relating to english history from the accession of Edward III to the reign of Henry VIII*, edited by Thomas Wright, 1859-61 Petrarca, *de rebus familiaribus epist.* IX 5 p. 19, 22 uol. II Fracassetti, Florentiae 1862 ' o curas hominum, et quantum est in rebus inane ' Ioh. de Monsterolio, *epist. select.* 43 *ad praeceptorem* c. 1405 *E*, 53 sq., *ueterum scriptorum et monumentorum histor.* cet. *amplissima collectio* t. II, Edm. Martène et Vrs. Durand, Parisiis 1724 (1) 4 sq. ' nec mihi Polydamas, et Troiades Labeonem | praetulerint ' Maius, *class. auct.* t. VIII p. 7, 11 sq. ' an mihi polydamas et troiades labeonem | p. ' Maius, t.l. p. 300, 7 sq. (2) ' an mihi polydamas, et troiades Labeonem | p. ' Maius, t. l. p. 461, 17 sq. (3) 4 ' Troiades ' *schol. in Iuuenal.* I 2, 65 p. 169, 13 uol. I Heinrich, Bonnae 1839 7 ' nec te quaesiueris extra ' Porphyrio, *comm. in Hor. epist.* I 16, 19 p. 286, 27 Gul. Meyer, Lps. 1874 ; p. 350, 22 sq. uol. II ed. II Franc. Pauly, Pragae 1861 (4) ' nec se quaesierit extra ' Macrobius, *comm. in somn. Scip.* I 8, 3 p. 510, 8 Franc. Eyssenhardt, Lps. 1868 ' ne quaesiueris extra ' Ratherius Veronensis episc., *praeloq.* I 10, 24 c. 170 *A*, 4 Migne *patrolog. c. c.* t. CXXXVI, Lut. Paris. 1853 ' ne te quaesiueris extra ' Heloissa, *epist.* VI *ad Petrum Abaelardum* p. 118, 9 t. I P. Abaelardi opp.

---

(1) De uersuum 1-2 testimonio uid. Hugonis Trimberg. op. l. 136.

(2) Ibique interpretatio : ' et hic labeo, nis .i. tabernarius uel lecator '.

(3) Ibique : ' et hic polydamas .i. multicuba, et multarum amator '.

(4) Ed. Fabriciana a. 1555 : ' ne te q. e. '

edd. V. Cousin, C. Jourdain, E. Despois, Parisiis 1849 9 sq. ' et nostrum istud uiuere triste | aspexi ' Quintilianus, *i. o.* IX 3, 9 p. 112, 8 uol. II Bonnell, Lps. 1883 12 ' sed sum petulanti splene cachinno ' Seruius, *comm. in Aen.* VIII 219 p. 229, 24 sq. uol. II fasc. 1 Thilo Maius, *class. auct.* t. 1. p. 143 *a*, 28 sq. (1); p. 544, 21 sq. 16 sq. ' albus | sede legens *celsa* (2) liquido cum plasmate ' Porphyrio, *comm. in Hor. serm.* II 2, 21 p. 247, 7 sq. Meyer ; p. 231, 15 sq. uol. II ed. II Pauly (3) 16 ' et natalicia tandem cum sardonyche albus ' Maius, *class. auct.* t. VIII p. 374, 22 sq. 17 sq. ' liquido cum plasmate guttur | collueris ' (4) Maius, t. 1. p. 453, 1 sq. 18 patranti fractus ocello ' Seruius, *comm. in buc.* 3, 8 p. 31, 23 uol. III fasc. 1 Thilo 20 sq. ' cum carmina lumbum | intrant, et tremulo scalpuntur ubi intima uersu ' Gunzo grammaticus diaconus Nouariensis, *epist. ad Augienses fratres* c. 1286 *C*, 36 sq. Migne *patrolog. c. c.* t. CXXXVI, Lut. Paris. 1853 22 ' tun, uetule, auriculis alienis colligis escam ? ' Priscianus, *inst. gr.* III 6, 34 p. 107, 19 uol II *g. L.* K. (ed. Krehl. uol. I p. 130, 2 sq. .... *escas)* ' auriculis alienis colligit escas ' Io. Saresberiensis, *pol.* III 4 p. 158, 6 ed. 1. 23 ' cute (5) perditus ohe ! ' Eberhardus Bethuniensis, *Graecism.* 24, 50 p. 216, 20 Wrobel, Vratislauiae 1887 24 sq. ' quid.

(1) Sed p. 143, 28 impressum formis uocabulum ' tum ' pro ' sum ' praebet.

(2) Vocem additam ' celsa ', litteris inclinatis expressam, om. cod. Monacensis Lat. 181. 2.

(3) Paulyus in sua ed. u. ' guttur ', om. in codd. et ed. Patauina a. 1481, adiecit ; et u. ' celsa ' omisit.

(4) Deest ' mobile '.

(5) Pro ' cute ' praebet ' tute ' ed. princ., quam, ut uidetur, circiter a. 1480 Drachius Spirensis formis descripsit.

didicisse nisi hoc fermentum, et quo semel intus | innata est rupto iecore, exierit caprificus ? ' Humbertus de Sylua Candida episc. card., *aduersus calumnias Michaelis patriarchae Constantinopolitani* p. 293, 28 sq. t. III 1 *thes. mon. ecclesiast. et hist. siue Henrici Canisii lect. antiq.* Basnage, Amstelaedami 1725 ' et quae semel intus | innata est rupto iecore exierit caprificus ? ' Priscianus, *inst. gr.* VI 10, 52 p. 238, 18 sq. uol. II *g L.* K. (ed. Krehl. uol. I p. 252, 26 sq.) ' et quae semel intus | innata est, rupto iecore exierit caprificus ' Maius, t. l. p. 119, 8 sq. 25 ' rupto iecore exierit caprificus ' Charisius, *artis gram.* I 15 p. 87, 1 uol. I *g. L.* K 26 sq. ' usque adeone | scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter ? ' Quintilianus, *i. o.* IX 3, 42 p. 117, 13 sq. uol. II Bonnell ' usque adeo ne (1) (inquiens) | scire tuum n. e., n. t. s. h. s. a. ' Ratherius Veronensis episc., *praeloq.* I 16, 32 c. 178 *B,* 25 sqq. ed. l. 27 ' scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter ? ' Augustinus, *epist.* 118 (56) *ad Dioscorum* 1, 3 c. 329 *D,* 33 t. II *opp.,* Parisiis 1688 ' scire tuum n. e. n. t. s. h. s. a. ' *Einsidlens. comm. in Donati artem minorem* p. 205, 34 *g. L.* K. supplem. cont. *anecdota Heluetica* VIII ex recens. Herm. Hageni; et *Einsidlens. comm. in Donati artem maiorem* p. 250, 24 in eodem supplem. IX (2) ' scire tuum nihil est ' *schol. in Hor. epist.* I 17, 33 p. 359, 20 uol. II ed. II Pauly

---

(1) Sed *amplissima collectio* supra laudata t. IX, Parisiis 1733 col. 816 *A,* 5, in qua Ratherii episcopi libri VI *praeloquiorum* ex cod. Laubiensi continentur, ' adeone ' pro ' adeo ne ' praebet.

(2) *Anecdota Heluetica* eundem Persianae sat. uersum 27um in p. 250 adn. praebent, ex interpretatione aliena codicis Bernensis 386 f. 9 *b* marg. sin.

28 ' sed † bonum (1) est digito monstrari et dicier : hic est ' Priscianus, *inst. gr.* XVIII 4, 43 p. 226, 10; et XVIII 25, 260 p. 342, 5 uol. III *g. L.* K. (ed. Krehl. uol. II p. 123, 17 sq.; p. 238, 15) ' digito monstrari et dicier, hic est ' Petrarca, *epist de rebus fam.* X 3 Gerardo fratri suo monacho p. 70, 17 uol. II ed. l. 29 sq. ' ten cirratorum centum dictata fuisse pro nihilo pendas? ' Maius, t. l. p. 124, 6 30 sq. ' ecce (inquit Satyricus) inter pocula quaerunt | pontifices saturi quid dia poemata narrent ' Berengarius scholasticus, *apologet. contra beatum Bernardum Claraeuallensem abbatem et alios, qui condemnauerunt Petrum Abaelardum,* in P. Abaelardi opp. ed. l. t. II p. 773, 12 sq. ' ecce inter pocula quaerunt | Romulidae saturi, quid dia poemata pendant ' Maius, t. l. p. 164, 16 sqq. 32 sq. ' cui circa humeros hiacynthina laena est; | rancidulum quiddam, balba de nare loquuta ' (2) Hieronymus, *epist.* 54 *ad Furiam* (uett. edd. 10 ; Ben. 47) 5 c. 282 *E,* 45 sqq. t. I Vallarsius, Veronae 1734

32 ' hic aliquis cui circum humeros iacintina lena est Mico, *op. prosod. (carm. Centulens.)* u. 187 p. 286, 18 *mon. Germ. hist., poet. Lat. aeui Carolini* t. III rec. Lud. Traube, Berol. 1896 Rogerus Baco, *compend. studii philos.* p. 461 Brewer ' et super humeros hyacinthina laena ' (3) Hieronymus, *epist.* 22 *ad Eustochium* (uett. edd. 22; Ben. 18) 13 c. 96 *D,* 34 sq. t. I ed. l. ' cui circa humeros hyacinthina lena est ' Maius, t. l. p. 304, 5 sq.

---

(1) ' Sed pulchrum ' in ed. Krehliana p. 123, 17 uol. II : « equidem, inquit Krehlius, a me impetrare non potui, ut uitiosam uocem *bonum* reponerem ».

(2) ' locuta ' ap. Migne, *patrolog. c. c.* ser. I t. XXII c. 552, 17 Parisiis 1845.

(3) Verba ' hyacinthina laena ' in ed. Benedectina expuncta sunt : uid. Migne, *patrolog. c. c.* ser. I t. XXII c. 402 adn. *h.*

33 ‘rancidulum quiddam balba de nare locutus’ Maius, t. l. p. 500, 2 ‘balua de nare locutus’ Cassiodorius, *de orthographia* p. 186, 4 uol. VII *g. L.* K.; ex Adamantii siue Martyrii *de B muta et V uocali,* ibid. p. 186, 6 **34** sq. ‘Phyllidas, Hypsipylas, uatum et plorabile si quid, | eliquat ac tenero supplantat uerba palato’ Priscianus, *inst. gr.* VIII 6, 30 p. 398, 4 sq. uol. II *g. L.* K. (ed. Krehl. uol. I p. 381, 12 sqq.) ‘Phyllidas, Hypsipylas, uatum aut plorabile siquid, | eliquat, ac tenero supplantat uerba palato’ Eutyches, *art. de uerbo* II p. 480, 31 sq. uol. V *g. L.* K. **35** ‘perstrepit, ac tenero supplantat uerba palato’ Hieronymus, *epist.* 54 *ad Furiam* (uett. edd. 10; Ben. 47) 5 c. 282 *E,* 48 t. I ed. l. (Migne *patrolog. c. c.* ser. I t. XXII col. 552, 18) ‘eliquat ac tenero supplantat uerba palato’ Mico, *op. prosod.* (*carm. Centulens.*) u. 132 p. 284, 23 *mon. Germ. hist., poet. Lat. aeui Carolini* t. III ed. l. ‘eliquat ac tenero supplantat uerba palato’ Maius, t. I. p. 194 *a,* 28 sq. ‘eliquat a. t. subplantat u. p.’ Maius, t. l. p. 311, 11 sq. (1)
37 ‘cippus’ (2): ut huius uocis uim confirmaret, scriptor libelli, qui *de idiomatibus generum* inscribitur, Persium laudat p. 574 *a,* 7 uol. IV *g. L.* K. **38** et **40** *
42 ‘et cedro digna locuti’ Seruius, *comm. in Aen.* VII 178 p. 139, 16 sq. uol. II fasc. 1 Thilo ‘et cedro digna locutus’ Isidorus, *orig.* XVII 7, 33 c. 1246, 43 ‘et cedro

---

(1) Eundem uersum 35um inuenio in u. 107 libelli Vaticani, qui *exempla diuersorum auctorum* inscribitur: uide, sis, Keilii *progr. Halens.* 1872; Alcimi Auiti ed. Peiperianam p. LX1X; et quae edidit Chatelainius in *Rev. de philologie* 1883, VII 65.

(2) Sed ‘cipus’ in cod. Neapol. IV A 8 (*N* ex Keiliana nota).

* Versus 38um et 40um ‘nunc non e manibus illis | nascuntur uiolae’ ad Seruii *comm. in Aen.* III 63 Masuicius primus addidit: cf. editionem Georgii Thilo p. 347 adnot. uol. I fasc. 1.

digna locutus ' Rabanus Maurus, *de uniuerso* XIX 6 c. 517 *A*, 14 Migne *patrolog. c. c.* ser. II t. CXI, Lut. Paris. 1852

45 sq. ' non ego laudari metuam, si forte quid aptius exit, | quando haec rara auis est ' Gunzo grammaticus diac. Nouariensis, *epist. ad Augienses fratres* c. 1287 *A*, 2 sq. Migne *patrolog. c. c.* ser. II t. CXXXVI, Lut. Paris. 1853

47 ' neque enim mihi (ut ait quidam) cornea fibra est ' Augustinus, *epist.* 231 (264) *ad Darium* 2 c. 839 *D*, 32 t. II *opp.* ed. l. ' nam nec mihi cornea fibra ' Sedulius Scottus, *carm.* II 46, 37 p. 205, 7 t. III *mon. Germ. hist., poet. Lat. aeui Carolini* Traube, Berol. 1896

49 ' euge tuum et belle (1); nam belle hoc excute totum ' Priscianus, *inst. gr.* XVIII 30, 298 p. 369, 17 uol. III *g. L.* K. ' euge tuum et belle ' (2) Priscianus, *inst. gr.* XI 2, 7 p. 552, 9 uol. II; et XVIII 25, 260 p. 342, 7 uol. III *g. L.* K. **52** sq. ' et quicquid denique lectis | scribitur in citreis ' Maius, t. l. p. 113, 17 **53** sq. ' si calidum scis ponere sumen, | scis comitem horridulum trita donare lacerna ' Io. Saresberiensis, *pol.* III 7 p. 167, 11 sq. ed. l.

53 ' calidum scis ponere sumen ' *schol. in Hor. art. poet.* 422 p. 511, 17 sq. uol. II ed. II Pauly Maius, t. l. p. 525, 13 sq. **54** ' scis comitem horridulum trita donare lacerna ' Seruius, *comm. in georg.* III 199 p. 293, 11 sq. uol. III fasc. 1 Th. Maius, t. l. p. 270, 13 sq.

56 sq. ' qui pote? uis dicam? (3) nugaris, cum tibi, calue, | pinguis aqualiculus protento sesquipede extet ' Priscianus, *inst. gr.* VI 12, 67 p. 251, 20 sq. uol II *g. L.*

---

(1) In ed. Krehliana p. 265, 10 uol. II ' tuum belle '.

(2) In ed. Krehliana p. 519, 22 sq. uol. I ' euge tuum et belle tuum '; « adieci, inquit Krehlius, e mss. ' tuum ' ».

(3) Ed. Krehliana p. 263, 9 uol. I praebet: ' qui pote uis dicam? ' cet.

K. ‘ nugaris cum tibi calue | pinguis aqualicalus propenso sexquipede ex. ’ Gunzo gramm. diac. Nouariensis *epist. ad Augienses fratres* c. 1296 *C,* 36 sq. Migne t. l. ‘ nugaris, cum tibi, calue, | pinguis aqualiculus propenso sexquipede extet ’ Maius, t. l. p. 412, 6 sq.

56 (1) ‘ qui pote? uis dicam? nugaris, cum tibi, calue ’ Seruius, *comm. in Aen.* X 481 p. 441, 16 sq. uol. II fasc. 2 Th. Priscianus, *inst. gr.* XV 2, 10 p. 68, 15 uol. III *g. L.* K. (ed. Krehl. uol. I p. 619, 18 sq.) ‘ qui pote uis dicam nugaris cum tibi, calue ’ Rabanus Maurus, *excerpt. de arte gram. Prisciani* c. 658 *A*, 13 Migne *patrolog. c. c.* ser. II t. CXI, Lut. Paris. 1852 ‘ qui pote? uis dicam? nugaris cum tibi calue ’ Maius, t. l. p. 454, 25 ‘ qui pote? uis dicam? nugaris ’ Diomedes, *art. gram.* I p. 386, 6 uol. I *g. L.* K. **57** ‘ pinguis aqualiculus propenso sesquipede extat ’ Petrus Blesensis, *epist.* 85 *ad R. Sarisberiensem* p. 129 *a,* 12 sq. ed. l. ‘ pinguis aqualiculus propenso sesquipede extat ’ Maius, t. l. p. 11, 16 ‘ p. a. propenso sexquipede extet ’ Maius, t. l. p. 446, 27 sq.

58-60 ‘ o Iane, a tergo quem nulla ciconia pinsit, | nec manus auriculas imitata est mobilis albas, | nec linguae quantum sitiat canis Appula tantum ’ Guarinus Veronensis, *epist.* 2 c. 862 *E,* 62 sqq. et c. 863 *A*, 1 Martène et Durand *ampliss. collect.,* quam supra laudaui, t. III, Parisiis 1724 (2) **58** ‘ o Iane, a tergo quem nulla ciconia pinsit ’

---

(1) In libello Vaticano, qui inscribitur *exempla divers. auct.* (uide, **sis**, quae de hoc libello dixi, p. 46) uersus 56ᵘˢ in u. 72° laudatur. de eiusdem uersus 65ⁱ scholio quaedam recte indicauit F. Buechelerus, *coniectan., Rh. Mus.* uol. XLIII 1888 p. 295.

(2) Guarinus Veronensis commentario saturas Persianas ditauit, de quo nonnulla egregie scripsit R. Sabbadinius, *la scuola e gli studi di Guarino Guarini veronese,* Catinae 1896: XI p. 90, 28; p. 93, 19 sqq. ; p. 94, 36 sqq. XIII p. 109, 15 sqq.

Eutyches, *art. de uerbo* II p. 483, 7 uol. V *g. L.* K. *Einsidlens. comm. in Donati barbarismum* p. 271, 14 *anecd. Heluet.* ex rec. H. Hageni, *g. L.* K. supplem. ' a tergo quem nulla ciconia pinsit ' Seruius, *comm. in Aen.* I 179 p. 71, 22 sq. uol. I fasc. 1 Th. (1) ' et est apud Persium ambiguum « a tergo ciconia pisat » an « pisit » legendum sit ' Diomedes, *art. gram.* I p. 373, 2 sq. uol. I *g. L.* K. (2) **61** ' uos, o patricius sanguis, quos uiuere fas est ' Iulius Rufinianus, *de schematis lexeos* 33 p. 56, 19 *rhet. Lat. min.* Halm, Lps. 1863 **62** ' occipiti caeco posticae occurrite sannae ' Maius, t. l. p. 402 *a*, 2 sq. ' posticae occurrite sannae ' Maius, t. l. p. 457, 22 **64** sq. ' ut per leue (3) seueros | effundat iunctura ungues ' *schol. in Hor. serm.* I 5, 32 p. 151, 13 sq. uol. II ed. II Pauly **66** ' non secus ac si oculo rubricam derigat uno ' *schol. in Heirici carm.* « *uit. s. Germani Autissiodorensis* » I 86 p. 441 *mon. Germ. hist., poet. Lat. aeui Carolini* t. III ed. l. (4) **67** sq. ' siue opus in mores, in luxum, in prandia regum | dicere ' Priscianus, *inst. gr.* XVIII 23, 181 p. 293, 3 sq. uol. III *g. L.* K. (ed. Krehl. uol. II p. 189, 5 sq.) **72** ' fumosa palilia foeno ' Maius, t. l. p. 421, 27 sq. **73** ' sulcoque terens dentalia Quinti ' Maius, t. l. p. 161, 29 sq. **74** sq. ' trepida ante boues dictatorem induit uxor, | et tua aratra domum

(1) Sed hoc testimonium in cod. Seruiano bybl. Bernensis 363 (*B* Thilo) omissum est.

(2) In Diomedis *artis grammaticae* editionibus interpolatis quibusdam legimus ' o Iane a tergo quem nulla ciconia pinsit an pinsat '.

(3) Ed. Fabriciana a. 1555 praebet ' lene '.

(4) Versus 66us conferendus est etiam cum u. 114mo libelli Vaticani, qui *exempla diuersorum auctorum* inscribitur.

lictor tulit' Herigerus, *gest. pontificum Tungrensium siue Leodicensium* 29 (de sancto Iohanne) p. 177, 21 sq. *mon. Germ. hist.* Pertz t. IX (scriptorum t. VII), Hannouerae 1846 'quem trepida ante boues dictaturam induit uxor, | et sua aratra domum lictor tulit' Io. Saresberiensis, *pol.* VI 2 p. 338, 30 sq. ed. l. **74** 'quem trepida ante boues dictatura induit uxor' Maius, t. l. p. 159, 8 **76** 'est nunc Brisei quem uenosus liber Actii' Maius, t. l. p. 604, 26 sq. **77** 'sunt quos Pacuuius, et uerrucosa morentur' Maius, t. l. p. 618, 3 sq. (1) **79** 'hos pueris monitus patres infundere lippos' Seruius, *comm. in Aen.* IV 331 p. 523, 1 uol. I fasc. 2 et *comm. in Aen.* X 689 p. 460, 17 uol. II fasc. 2 Th. 'hos pueris monitus patres infundere lippos pro uelut lippos' *schol. in Hor. serm.* I 3, 25 p. 114, 19 sq. uol. II ed. II Pauly **80** sq. 'unde haec sartago loquendi | uenerit in linguas?' Maius, t. l. p. 538, 28 sq. **85** sq. 'crimina rasis | librat in antithetis' Maius, t. l. p. 34, 5 sq. 'crimina rasis | librans i. a.' Willelmus Malmesburiensis monachus, *de gestis regum Angliorum* 306 p. 488 II Hardy **87** 'bellum hoc, an Romule ceues?' Maius, t. l. p. 147 *a*, 27 sq. 'an, Romule, ceues?' Probus, *cath.* III p. 35, 24 et III p. 37, 9 uol. IV *g. L.* K. 'an Romule ceues' Marius Plotius [M. Claudius] Sacerdos, *art. gram.* II p. 487, 15 uol. VI *g. L.* K. 'an Romule ceuis' id., *art. gram.* II p. 489, 10 uol. l. **95** 'cum uersus cluditur «Apennino»' Quintilianus, *i. o.* IX 4, 65 p. 136, 16 uol. II Bonnell **97** 'ut ramale uetus uegrandi subere coctum' Seruius, *comm. in Aen.* XI 553 p. 544, 23 uol. II fasc. 2 Th. 'ut ramale uetus praegrandi subere coc-

(1) Max. Manitius cum Pers. 1, 77 contulit Sexti Amarcii Galli Piosistrati uersum 'quod uerrucosum uerrucis plenus abhorret': *serm.* III 805 p. 72, 29 n. 10, Lps. 1888.

tum ' Maius, t. l. p. 503, 2 sq. ; p. 566 *a*, 29 sqq. ' ut ramale uetus ' Seruius, *comm. in georg.* IV 303 p. 344, 5 uol. III fasc. 1 Th. ' uegrandi subere coctum ' Porphyrio, *comm. in Hor. serm.* I 2, 129 p. 198, 24 sq. Meyer; p. 109, 27 uol. II ed. II Pauly **98-101** ' quidnam igitur ? tenerum et laxa ceruice legendum, | torua Mimalloneis implerunt cornua bombis, | et raptum uitulo caput ablatura superbo | Bassaris ' (1) Gunzo grammaticus diaconus Nouariensis, *epist. ad Aug. fr.* c. 1286 *C*, 40 sqq. Migne t. l. **99** ' torua Mimalloneis implerunt cornua bombis ' *schol. in Stat. Theb.* IV 660 p. 201 *A*, 8 ed. l. **100** sq. ' et (2) uitulo caput ablatura superbo | Bassaris ' Maius, t. l. p. 71, 6 sq. **101** sq. ' Bassaris, et lyncem Maenas (3) flexura corymbis (4) | euhyon ingeminat ' *schol. in*

(1) ' Bassaris ' legitur apud Apollinarem Sidonium, *carm.* 5, 497 p. 200, 4 ed. l. : uid. Eugenii Geisler *loc. sim. auctorum Sidonio anteriorum* p. 394 *a*, 1.

(2) Deest ' raptum. '

(3) De uocabulo ' Maenas ' Probus, *cath.* I p. 25, 15 sqq. uol. IV *g. L.* K, haec, auctore Persio, scripsit: « Graeca tertiae sunt acuto in nouissima syllaba contra rationem Latinae linguae, sed *dis* facientia genetiuo, Maenas Maenadis, nomen Bacchae : sic Persius et Horatius ». Eadem fere leguntur in Marii Plotii [M. Claudii] Sacerdotis *art. gram.* II p. 476, 3 sqq. uol. VI *g. L.* K.: cf. Pers. *sat.* 1, 101 et 105 : apud Horatium ' Maenas ' non inuenitur.

(4) Recte ' corymbos hederaceos ' uel ' racemos hederae ' interpretatus est Morris H. Morganus, *notes on Persius, Class. Rev.* III 1889 p. 10. : « the thyrsus is meant, which was frequently tipped with an ivy - cluster. The striking Pompeian fresco of a Bacchante urging on a centaur with such a thyrsus (*pitt. antiche d' Ercolano* I p. 135) explains, to me at least, the thought of Persius. »

Hor. carm. I 18, 11 p. 89, 3 sq. uol. I ed. II Pauly (1) **104** sq. ' summa delumbe saliua | hoc natat in labris ' Maius, t. l. p. 320, 15 ' natat delumbe saliua ' Maius, t. l. p. 178 *b*, 27 **106** ' quaeque Persius notat, cum leuiter dicendi genus significat, « nec pluteum », inquit, « caedit nec demorsos sapit ungues » ' Quintilianus, *i. o.* X 3, 21 uol. II p. 174, 28 sqq. Bonnell ' nec pluteum caedit *nec* (2) demorsos sapit unguis ' Porphyrio, *comm. in Hor. serm.* I 10, 71 p. 242, 10 sq. Meyer ' nec p. c. nec d. s. unguis ' *schol. in Hor. serm.* I 10, 71 p. 214, 2 sq. uol. II ed. II Pauly ' nec p. c., n. d. s. ungues ' Gunzo grammaticus diac. Nouariensis *epist. ad Aug. fr.* c. 1287 *A*, 13 Migne t. l. ' n. p. c., n. d. s. ungues ' Maius, t. l. p. 422, 28 sq. **108** sq. ' uide sis ne maiorum tibi forte | limina frigescant ' (3) *schol. in Hor. serm.* II 3, 38 p. 249, 17 sq. uol. II ed. II Pauly **109** sq. ' sonat hic de nare canina | littera ' Probus, *append.* p. 195, 29 uol. IV *g. L.* K. **110** ' per me equidem sint omnia protinus alba ' Seruius, *comm. in Aen.* I 576, supplem. petit. e cod. Dresdensi *D* 136 p. 174, adnot. ad lin. 18 uol. I fasc. 1 Th. ' per me sint o. p. a. ' Meinhardus Babenbergensis, *epist.* ap. Giesebrechtium, *Geschichte d. deutschen Kaiserzeit* III 1241 **112** sq. ' ueto quisquam faxit oletum. | pinge duos angues ; pueri, sacer est locus '

(1) Vocabula ' Maenas e. q. s. ' desunt in ed. Mediol. a. 1486, quae Horatii opp. cum scholiis ps.-Acronis et Porphyrionis continet, et in editionis Cruquianae comment. a. 1579. cod. Guelferbyt. ' Bassarius ' pro ' Bassaris ' praebet, cetera uocabula om.

(2) Cod. Monacensis Lat. 181. 2 exhibet: ' neapluteum cedit demorsos ' ; qua re uox ' nec ', litteris inclinatis expressa, in cod. Monac. deest.

(3) Hoc *scholium* totum om. cod. Guelferbytanus 81. 38 et ed. Mediol. a. 1486.

Vergilii Maronis interpretes ueteres ex palimpsesto Veronensi in Aen. V 95 p. 288, 3 sqq. ap. Maium, *class. auct.* t. VII, Romae 1835 112 ' hoc iuuat ? hic, inquis, ueto quisquam faxit oletum ' Priscianus, *inst. gr.* IX 10, 54 p. 490, 6; X 1, 2 p. 496, 3 uol. II *g. L.* K. (ed. Krehl. uol. I p. 468, 22 ; p. 473, 28 ; p. 474, 1 (1) ' ueto quisquam faxit oletum ' Maius, t. l. p. 392, 2 113 sq. ' pinge duos angues: pueri, sacer est locus, extra | meite ' Priscianus, *inst. gr.* X 1, 1 p. 495, 3 sq. uol. II ; et XIV 3, 35 p. 42, 12 sq. uol. III *g. L.* K. (ed. Krehl. uol. I p. 473, 6 sq.; p. 599, 3 sq.) (2) 113 ' pinge duos angues : pueri, sacer est locus ' (3) Seruius, *comm. in Aen.* V 85 p. 603, 6 sq. uol. I fasc. 2 Th. Isidorus, *orig.* XII 4, 1 c. 1121, 40 sq. ' pinge duos angues pueris, sacer est locus ' Rabanus Maurus, *de uniuerso* VIII 3 c. 228 *B*, 27 sq. ' pinge duos angues ' *mythograph.* III 6, 19 p. 185, 22 uol. I G. H. Bode, Cellis 1834 114 sq. ' secuit Lucillius Vrbem, | te Lupe, te Muti, et genuinum fregit in illis ' *schol. in Iuuen. sat.* I 1, 155 p. 165, 8 sq. uol. I ed. l. 115 ' et genuinum fregit in illis ' Maius, t. l. p. 248, 5 sq.

116 sq. ' omne uafer uitium ridenti Flaccus amico | tangit, et admissus circum praecordia ludit ' Io. Saresberiensis, *pol.* prol. p. 4, 12 sq. ; III 14 p. 205, 25 sq. ed. l. ' omne uafer uitium ridenti Flaccus amico | tangit ' *schol. in Hor. serm.* I 9, 55 p. 197, 24 sq. et p. XXXVIIII uol. II ed. II Pauly; *in serm.* II 6, 43 p. 289, 25 sq. uol. II, ed. l. ' omne uafer uicium r. F. a. | t. ' Maius, t. l. p. 609, 5 sq. 119 ' men mutire nefas ? ' Maius,

---

(1) Versum 112um iterum legit Ermenricus, *epist. ad Grimold.* p. 16 Duemmler.

(2) Eadem uerba uersuum 113^{i} sq^{tis} ex Prisciani auctoritate laudauit Ermenricus, *epist.* l. l.

(3) Vulgo additur : ' extra meiite '.

t. l. p. 343, 19 121 ‘ auriculas asini Midas habet ’ Io. Saresberiensis, *pol.* III 12 p. 190, 14 ed. l. ‘ auriculas asini Midas rex habet ’ Petrus Blesensis, *epist.* 59 *ad R. Bathoniensem electum* p. 89 *b*, 8 ed. l. 122 ‘ hoc ridere meum tam nihil ’ Iulius Rufinianus, *de schematis lexeos* 41 p. 58, 10 *rhet. Lat. min.* Halm 127 ‘ non hic, qui in crepidas Graiorum ludere gestit ’ Maius, t. l. p. 93, 2 sq. 130 ‘ fregerit heminas Areti aedilis iniquas ’ Maius, t. l. p. 184, 20 sq.; p. 351, 22 (1) 133 ‘ si cynico barbam petulans nonaria (2) uellat ’ Maius, t. l. p. 91, 24; p. 376, 4 sq.: cf. schol. ms. Iuuen. IV 11, 181 ap. Orellium epist. crit. ad Maduigium p. LIX

Imitatores

3 ‘ turpe est ac nimis miserabile, quod peccator unusquisque non uult delitescere ’ Thietmarus, *chron.* IV 41 p. 786, 6 sq. ed. Lappenberg, *mon. Germ. hist.* Pertz t. V (t. III scriptorum), Hannouerae 1839 6 sq. ‘ non enim examen improbum in illa castigauit trutina nec se quaesiuit extra ’ Ruotgerus, *uit. Brunonis* 6 p. 9, Hannouerae 1841 10 ‘ lusibus abiectis iuuenum nucibusque relictis ’ Vualtherus Spirensis, *uit. et pass. s. Christophori martyris* I 234 p. 33, 13 ed. W. Harster, München 1878 14 ‘ grande aliquod cuius per hiatum crimen anhelet ’ Prudentius, *contra Symmachi orat.* II 647 p. 470, 6 ed. Cellarii, Halae Magdeb. 1703 20 cf. Ioannem Lydum, *de magistratibus populi Rom.* I 19 p. 23, 9 sq. ed. Ric. Wuensch,

(1) ‘ Arethi ’ pro ‘ Areti ’ legitur in op. l. p. 351, 22.

(2) Vocabulum ‘ nonaria ’ ductum esse a ‘ nonis Capratinis ’ recte putat F. D. Moricius, *Class. Rev.* IV 230: de quibus cf. Plutarch. *Camill.* 33, 12 p. 175, 14 Doehner, Parisiis 1857.

Lps. 1903 **29** ' in tantam uenit opinionem eloquentiae, ut soleant dicta eius cirratorum esse dictata ' Hieronymus, *epist.* 50 *ad Domnionem* (uett. edd. 51; Ben. 32) 4 c. 237 *D*, 39 sqq. t. I Vallars., Veronae 1734 **35** ' paruulus et tenero suspendere uerba palato ' Vualtherus Spirensis, *uit. et pass. s. Christophori martyris* I 4 p. 15, 11 ed. l. ' qua uisa haec lepido trutinauit uerba palato ' Vualtherus Spirensis, op. l. V 122 p. 81, 9 **43** ' chartae, | quae scombros merito piperque portet ' Apollinaris Sidonius, *carm.* 9, 319 sq. p. 220, 4 sq. Luetjohann, Berol. 1887 (*mon. Germ. hist., auct. antiquiss.* t. VIII) **45** sq. ' si quid exierit numeris aptius, fortasse non possit; sed tamen si quid exierit ' Quintilianus, *i. o.* XII 10, 26 p. 266, 28 uol. II Bonnell **46** ' rara auis in terris coruoque ignotior albo ' Heiricus, *uit. s. Germani Autissioderensis* I 73 p. 440, 25 t. III *mon. Germ. hist., poet. Lat. aeui Carolini* Traube, Berol. 1896 **47** ' bestialium rigidarumque nationum corda cornea fibraeque glaciales procul dubio emollirentur egelidarentur ' Apollinaris Sidonius, *epist.* IV 1, 4 p. 53, 8 sq. ed. l. ' saxa et robora corneasque fibras | mollit (*sc.* Orpheus) ' Apollinaris Sidonius, *epist.* VIII 11, 20 sq. p. 139, 35 sq. ed. l. **57** ' rubent buccae, nitet cutis, comae in occipitium frontemque tornantur: protensus est aqualiculus ' Hieronymus, *aduersus Iouinianum* II 21 c. 358, 3 sqq. t. II Vallars., Veronae 1735 **58-60** ' ne credas laudatoribus tuis, immo irrisoribus aurem ne libenter accommodes; qui quum te adulationibus fouerint, et quodammodo impotem [impetum, *Guarinus*] mentis effecerint, si subito respexeris, aut ciconiarum deprehendes [-ndas, *Guar.*] post te colla curuari, aut manu auriculas agitari asini, aut aestuantem canis protendi [portendi, *Guar.*] linguam ' Hieronymus, *epist.* 125 *ad Rusticum monachum* (uett. edd. 4; Ben. 95) 18 c. 939 *A*, 6 sqq. t. I ed. l. (uid. Migne *patrolog. c. c.* ser. I t.

XXII c. 1082, 48 sqq.) (1) ' concutit a tergo mihi multa ciconia rostrum. | hic aures asini fingit, et ille canem ' Henricus Septimellensis, *carm. de diuersitate fortunae et philosophiae consolatione* I 13 sq. p. 4, 1 sq., Florentiae 1730 (2) **62** ' pro inscicia tamen a lanionibus attaminari non temere formido, quorum detractiones me posticae occurrere sannae nescium nisi sub uestri umbonis obumbramine euadere posse diffido ' Wolfherius, *uit. Godehardi episc. Hildenesheimensis pr.* p. 169, 9 sqq. *mon. Germ. hist.* Pertz t. XIII (scriptorum t. XI), Hannouerae 1854 **63-65** ' leuis *(sc.* structura) ac modis omnibus erotundata quaeque lectoris linguam inoffensam decenter expediat, ne salebrosas passa iuncturas per cameram palati uolutata balbutiat; tota denique liquida prorsus et ductilis, ueluti cum crystallinas crustas aut onychitinas non impacto digitus ungue perlabitur, quippe si nihil eum rimosis obicibus exceptum tenax fractura remoretur ' Apollinaris Sidonius, *epist.* IX 7, 3 p. 155, 7 sqq. ed. l. **73-75** de Quintio Cincinnato laudato a Persio uid. Io. Lydum, *de mag. pop. Rom.* I 32 p. 33, 13 sqq. ed. l. **73** ' et ut mirabilior praedicaretur dispositio Omnipotentis etiam in gentibus discolis, sulco terentem dentalia Quintium Seranum ' cet. Herigerus, *gest. pontificum Tungrensium*

(1) Hieronymi uerbis Guarinus Veronensis adiecit haec : « e satira Persii carmen in prosaicum traductum est sermonem » : *epist.* 2 c. 862 *D*, 60 sq. t. III *ampliss. collect.* cet. Martène et Durand, Parisiis 1724.

(2) Henrici Septimellensis carmen siue elegiam legimus etiam ap. Polycarp. Leyserum, *historiam poetarum et poematum medii aeui decem* cet. *Halae Magdeb. 1721*, p. 454, 17 sq. Max. Manitius cum Persianae saturae I uersu 58° et scholio haec Sexti Amarcii Galli Piosistrati *serm.* III 115 p. 48, 25, Lps. 1888, conferenda existimauit : « pastillos faciens gracili sibi pollice pinsi ».

siue Leodicensium 29 (de sancto Iohanne) p. 177, 19 sq. *mon. Germ. hist.* Pertz t. IX (scriptorum t. VII), Hannouerae 1846 **74** sq. ' sic quondam ad patriae res fractas pauper arator, | Cincinnate, uenis, ueterem cum te induit uxor | ante boues trabeam dictatoremque salignae | excepere fores atque ad sua tecta ferentem | quod non perseuit, turpique e fasce grauata | uile triumphalis portauit purpura semen ' Apollinaris Sidonius, *carm.* 7, 382-387 p. 212, 38 sqq. ed. l. **99** ' torua Mimalloniis inflatur tibia bombis ' Diomedes, *art. gram.* III p. 499, 23 uol. I *g. L.* K. **102** ' clamabantque simul salientes Euhion! Euhoe! ' Sextus Amarcius Gallus Piosistratus, *serm.* II 361 p. 34, 4 ed. M. Manitius **103** sq. ' haec, si ulla uena paternae disciplinae uiueret, fierent? ' Aelius Spartianus, *Pescen. Nig.* 3, 11 p. 158, 25 sq. uol. I Peter *script. hist. Aug.*, Lps. 1884 (1893) **104** ' non delumbem matronarum saliuam delicata secteris ' Hieronymus. *epist.* 22 *ad Eustochium* (uett. edd. 22; Ben. 18) 29 c. 112 *C*, 27 sq. t. I ed. l. (uid. Migne *patrolog. c. c.* ser. I t. XXII c. 415, 44 Parisiis 1845) (1) **106** ' quamuis mihi tempus deforet uel pluteum cedendi *(sic)* uel ungues demordendo sapiendi, praesumpsi tamen haec ingentia ' Wolfherius, *uit. Godehardi episc. Hildenesheimensis* p. 169, 4 sq. ed. l. **107** sq. ' aures praesertim tam delicatas raderet ' Quintilianus, *i. o.* III 1, 3 uol. I p. 105, 28 sq. Bonnell **110** ' tua facta per me sunt omnia protinus alba ' Altmannus Patauiensis episc., *rescript. ad Adalberonem Herbipolensis ecclesiae antistitem*, quod in *uita Adalberonis episcopi Wirziburgensis*, a quodam Lambacensis coenobii monacho

(1) Verbis ' dictio exossis tenera delumbis ' Apollinaris Sidonius, *epist.* VIII 16, 2 p. 148, 4 ed. l., Persianae saturae I uersum 104um imitari uidetur: cf. Eugenii Geisler *loc. sim. auctorum Sidonio anteriorum* p. 378 *b*, 20.

scripta, continetur, n. 12 p. 135, 3 Wattenbach, *mon. Germ. hist.* Pertz. t. XIV (scriptorum t. XII), Hannouerae 1856 **115** ' possum remordere *(al.* respondere), si uelim, possum genuinum laesus infigere ' (1) Hieronymus, *epist.* 50 *ad Domnionem* (uett. edd. 51 ; Ben. 32) 5 c. 238 *B,* 16 sqq. t. I ed. l. **118** ' Persius emuncto suspendit ludicra naso ' Vualtherus Spirensis, *uit. et pass. s. Christophori martyris* I 97 p. 22, 5 ed. l. ' naribus excussis suspendere cuncta ' Sextus Amarcius Gallus Piosistratus *serm.* I 298 p. 11, 25 ed. l. **120** ' uidi, uidi ipse, libelle, cottidieque uideo ' Politianus, *miscellan. praef.* p. 215, 29 sq., Basileae 1553 **128** ' uerum quid prodest luscum uocare luscum, et accusatoris docere inconstantiam ' cet. Hieronymus, *adu. Iouinianum* II 22 c. 358, 26 sqq. t. II ed. l. **130** ' uasa minora | frangere pannosus uacuis aedilis Vlubris ' Iuuenalis, *sat.* IV 10, 101 sq. (2) **131** ' inde abaci metas defert Geometrica miras ' Vualtherus Spirensis, *uit. et pass. s. Christophori martyris* I 169 p. 28, 5 ed. l. **133** ' quae *(sc.* Laida, *uulgo;* liuida, *codd.)* Cynici per menta feri rugosaque colla | rupit odoratam redolenti forcipe barbam ' Apollinaris Sidonius, *carm.* 15, 183 sq. p. 238, 30 sq.

(1) Fortasse ' infringere '.

(2) Cf. Samuelis Hemphillii op. l. p. 42 adnot.

II

AD PLOTIVM MACRINVM DE BONA MENTE

Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo,
qui tibi labentis apponet candidus annos.
funde merum genio. non tu prece poscis emaci,
quae nisi seductis nequeas committere diuis.
at bona pars procerum tacita libauit acerra.
haut cuiuis promptum est murmurque humilesque susurros
tollere de templis et aperto uiuere uoto.
‘ mens bona, fama, fides ’ haec clare et ut audiat hospes:
illa sibi introrsum et sub lingua murmurat ‘ o si
ebulliat patruum praeclarum funus ’ et ‘ o si
sub rastro crepet argenti mihi seria dextro
Hercule; pupillumue utinam, quem proximus heres
impello, expungam, namque est scabiosus et acri
bile tumet; Nerio iam tertia conditur uxor ’.
haec sancte ut poscas, Tiberino in gurgite mergis
mane caput bis terque et noctem flumine purgas.
heus age, responde, minimum est quod scire laboro,
de Ioue quid sentis ? estne ut praeponere cures
hunc ... cuinam ? cuinam? uis Staio? an scilicet haeres?
quis potior iudex, puerisue quis aptior orbis ?
hoc igitur, quo tu Iouis aurem impellere temptas,
dic agedum Staio: ‘ pro Iuppiter, o bone ’ clamet
‘ Iuppiter ’. ad sese non clamet Iuppiter ipse ?

ignouisse putas, quia, cum tonat, ocius ilex
sulpure discutitur sacro quam tuque domusque?
an quia non fibris ouium Ergenaque iubente
triste iaces lucis euitandumque bidental,
idcirco stolidam praebet tibi uellere barbam
Iuppiter? aut quidnam est, qua tu mercede deorum
emeris auriculas? pulmone et lactibus unctis?
Ecce auia aut metuens diuum matertera cunis
exemit puerum, frontemque atque uda labella
infami digito et lustralibus ante saliuis
expiat, urentis oculos inhibere perita;
tunc manibus quatit et spem macram supplice uoto
nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in aedis:
'hunc optent generum rex et regina, puellae
hunc rapiant; quidquid calcauerit hic, rosa fiat'.
ast ego nutrici non mando uota. negato,
Iuppiter, haec illi, quamuis te albata rogarit.
Poscis opem neruis corpusque fidele senectae.
esto, age: sed grandes patinae tuccetaque crassa
adnuere his superos uetuere Iouemque morantur.
rem struere exoptas caeso boue Mercuriumque
accersis fibra: 'da fortunare penatis,
da pecus et gregibus fetum'. quo, pessime, pacto,
tot tibi cum in flammis iunicum omenta liquescant?
et tamen hic extis et opimo uincere ferto
intendit: 'iam crescit ager, iam crescit ouile,
iam dabitur, iam iam ...' donec deceptus et exspes
nequiquam fundo suspiret nummus in imo.
Si tibi crateras argenti incusasque pingui
auro dona feram, sudes et pectore laeto
excutiat guttas laetari praetrepidum cor.
hinc illud subiit, auro sacras quod ouato

perducis facies. ' nam fratres inter aenos,
somnia pituita qui purgantissima mittunt,
praecipui sunto sitque illis aurea barba. '
aurum uasa Numae Saturniaque impulit aera
Vestalesque urnas et Tuscum fictile mutat.
o curuae in terris animae et caelestium inanis,
quid iuuat hoc, templis nostros immittere mores
et bona dis ex hac scelerata ducere pulpa ?
haec sibi corrupto casiam dissoluit oliuo
et Calabrum coxit uitiato murice uellus,
haec bacam conchae rasisse et stringere uenas
feruentis massae crudo de puluere iussit.
peccat et haec, peccat, uitio tamen utitur. at uos
dicite, pontifices, in sancto quid facit aurum ?
nempe hoc quod Veneri donatae a uirgine pupae.
quin damus id superis, de magna quod dare lance
non possit magni Messalae lippa propago ?
compositum ius fasque, animos sanctosque recessus
mentis, et incoctum generoso pectus honesto,
haec cedo ut admoueant templis, et farre litabo.

Lectiones uariae

II ad plotium macrinum de bona mente *P* hanc satiram scribit ad plotium macrinum de bona mente *L* ad macrinum de uitae honestate *A B* secunda satira de uotis *V* in II quod auari palam uota sanctitatis proponunt sed dant uota auaritiae *D E* 2 quid *B* quid (d *litt. eras.*) *A* labentes (1) *F Mn.c* apponet (2) *P Eb*

(1) ' labentis ' scripserunt Iahnius (1851. 1868), Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus ; ceteri ' labentes '.

(2) Lect. P ' apponet ' praetulerunt Schreuelius, Wetstenius,

apponet *(corr. in* -it) *Mn.b* apponit *A B* 3 si *pro* non *Bn.b* tu *om. Lr* amaci *Pr.a* amici *Bn.b* 4 (1) non *pro* nisi *Bn.b* 5 libauit (2) *P Pr.a alii* litabit *schol. in Lucan.* II 513 p. 159, 22 *Weber* (litabat *e Bened.)* 6 haut (3) *Bn.b O E V* haud A^2 hauc *D* aut *A B* facile est cuiuis *pro* cuiuis promptum est *D* facile cuius *E* cuius *pro* cuiuis *Eb L E* proprium *pro* promptum *H* murmur *A B* murmurque A^2 *D* humilisque *A B* humilesque (4) *D F V* susurros *om. P; add.* P^2 7 aperte *A B* *(corr.* A^2) 8 dare *pro* clare *Pr.a* clare utque *V* et *om. Pr.b* ut *om. Bn.b* 9 illi *D* introrsus *E* immurmurat (5) *Bn.d Mn.a Mn.b Pr.c Pr.d* 10 ebullit (6) P^2 *A B Bdl C Eb L O D E F codd. Seruiani A S comm. in Aen.* VI 187 ebulliat *Bn.b* (i *litt. eras.) G V* ebuliat *Mn.b (e corr.) Pr.b Pr.e codd. Seru. H R l.l.*

Buechelerus (1893), Owenius ; lect. *A B* ‘ apponit ’ ceteri : Hauthalius scripsit ‘ adponit ’.

(1) ‘ conmittere ’ ap. Hauthalium, p. 16.

(2) ‘ libauit ’ legerunt Schreuelius, Wetstenius, Weberus; ceteri ‘ libabit ’, quod defendit Maduigius, *de formarum quarundam uerbi Lat. nat. et usu,* Hauniae 1836, p. 26 sqq.

(3) haut scripserunt Hauthalius, Duentzerus, Iahnius (1851), Owenius, Buechelerus (1893) ; ceteri ‘ haud ’.

(4) ‘ humilesque ’ scripserunt omnes praeter Iahnium (1851. 1868), qui lect. *A B* ‘ humilisque ’ praetulit.

(5) ‘ immurmurat ’ habent Casaubonus, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Achaintrius, Weberus, Iahnius (1843), alii ; ‘ murmurat ’ Schreuelius, Wetstenius, Hauthalius, Duentzerus, Iahnius (1851. 1868), Hermannus, Bucciarellius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii.

(6) Lectionem ‘ ebullit ’ receperunt Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Achaintrius, Weberus, alii.

ebullat *codd. Seru. F G M l.l.* si patruus ebulliat *schol. Pers.* 2, 10 patruum *P* patruus (1) *Mn.b Pr.b Pr.d* patrui *P (in mg.) A B Eb L Mn.b*^{2} *Pr.e (in ras.) O D E F V* patris *Bdl C* 11 seria mihi *Bn.b* 12 pupillumne (u *litt. scr. sup.* n) *V* quam protinus *D* (2) 13 inpello (3) *O cod. Porphyrionis Monac. Lat.* 181. 2 *comm. in Hor. serm.* II 6, 12 impello *Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 455, 28 exspecto *pro* impello *V* expugnem *O V* expugnas *A* expungas *A*^{2} *B Pr.a cod. Porphyrionis Monac. Lat.* 181. 2 *l.l.* nam est *P Bn.b Eb Mn.a* namque est (4) *P*^{2} *Bn.d Pr.d T V* nam et est *A B G Lr Pr.a Pr.b Pr.c Pr.e* namque et est *Mn.b* (et *del. alt. m.)* nam hic est *L O F* namque et scabiosus *D* (paci *add. D*^{2}) 14 tercia *cod. Seruianus*

---

(1) ' patruus ' legerunt Hauthalius, Duentzerus, Iahnius, Hermannus, Bucciarellius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii; ' patrui ' Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Achaintrius, Weberus, alii. ego uero lectionem *P* ' patruum ', quam nemo, quod sciam, recepit, in textum Persianum restituere ausus sum; nam poetae sententia est haec: ' o si praeclarum funus ebulliat patruum ', hoc est ' o si praeclarum funus magnifice patrui genus et nomen et diuitias iactet atque ostentet ' uel dicam ' si patruum agnoscere liceat ex praeclaro funere '. de eadem uerbi ' ebullire ' ui cf. Cic. *Tusc.* III 18, 42 ' qui si uirtutes ebullire uolent et sapientias ' ; *de fin.* V 27, 80 ' quod quidem solet (sc. Epicurus) ebullire nonnumquam '; cet.

(2) ' here ' pro ' heres ' praebent per errorem ed. Schreueliana a. 1664 p. 532 et ed. Wetsteniana p. 40.

(3) ' inpello ' scripserunt Hauthalius, Iahnius (1851. 1868), Buechelerus (1893), Owenius ; ceteri ' impello '.

(4) ' namque est ' omnes legerunt praeter Buechelerum (1893), Owenium, alios, qui lect. ' nam et est ' praetulerunt; lectioni *P* ' nam est ' lex uersuum obstat.

M comm. in georg. IV 256 tertio *cod. Seru. V l.l.* testi adducitur *codd. Seru. A H P l.l.* ducitur *O V codd. Seru. M V l.l.* conditur (1) *A Bn.b Bn.d Lr Mn.a Pr.a Pr.c Pr.d T alii* 15 hoc *Bn.d* poscat *A B* tyberino *O* mergit *A B* mersas *(sup. scr.* ul. mergis) *G* 16 nocte *A B* nocte in *ed. Mediol.* 1486 *schol. in Hor. epist.* I 1, 37 noctem in *ed. Fabriciana* 1555 *schol. in Hor. epist. l.l.* purgat *A B Seruius comm. in Aen.* VIII 69 purgant *Hieronymus, comm. in Isaiam proph.* XVIII 66, 17 *c.* 815 *E,* 46 *t.* IV *ed. Vall.* 17 nimium *Bn.b Mn.a (sup. scr.* minimum) qui *pro* quod *Bn.b* 18 est ut *Bn.b Eb* 19 (2) cuinam *semel P (bis P*^{2} *mg.) A B Lr T* cuiquam cuinam (3) *Bn.b O V* cuinam *(corr.* cuiquam) *Mn.b* iaio *P* stagio *P*^{2} *(mg.) Mn.a Pr.b Pr.e* statio *Bn.b* 21 quod *A B Bn.b Eb G Pr.a*

---

(1) ' conditur ' receperunt Schreuelius, Wetstenius, Achaintrius, Iahnius (1851.1868), Hermannus, Bucciarellius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii; ' ducitur ' Casaubonus, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Weberus, Hauthalius, Iahnius (1843), Duentzerus, alii.

(2) Voce ' heres ' pro ' haeres ' Schreuelius et Wetstenius uersum 19um per errorem clauserunt.

(3) De hac lectione, a Prateo, Walthardo, Passowio, Achaintrio, aliis recepta, uid. Weberi ed. 1826 adnot. p. 35 ' cuinam cuinam ' legitur in edd. Casauboni, Schreuelii, Wetstenii, Bipontin., Fuelleborni, Koenigii, Nasseri, Montii, Weberi, Plumii, Orellii, Hauthalii, Duentzeri, Iahnii, Hermanni, Bucciarellii, Buecheleri, Owenii, Némethyi, aliorum: sed prius ' cuinam ' ei, qui loquens inducitur, Montius, Weberus, Hauthalius, Iahnius (1843), Némethyus; utrumque ' cuinam ' poetae ipsi Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, ed. Bipont., Duentzerus, Iahnius (1851. 1868), Hermannus, Bucciarellius, Buechelerus (1893), Owenius attribuerunt.

Pr.b temptes (1) *O* 22 taio *P* staio P^2 proh *V* iupiter (2) *O V* clamaet *A* clamat *O* 23 ad *P A B O alii* non ipse iuppiter clamet *Mn.a* iupiter *V* clamat *Bn.d O* 24 otius (3) *L O* ylex *O* 25 sulphure (4) *L O V* sulfure *Eb* 26 *ouium *ex* *obium *P* ergenaque (5) *P* ergennonaque *Pr.a* iuuente *P* 27 iacet P^2 et uitandumque (et *del.*) *Mn.b* 29 ut *pro* aut *T* quia *pro* qua *T* 30 unde *pro* unctis *Bn.b* 31 (6) haud (h *litt. in ras.*) *Pr.e* mattera *A B* 32 huda *Pr.b Pr.e* 33 salinis *Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 313, 25 34 exspica *B* expica *A* expicat A^2 excipiat *Pr.a* urentesque (7) *O* 35 nunc *(e corr.) Lr* quarit *B* quant *A* quatit A^2 spe macra *Lr F Pr.c* (*alt. man. add.* et) aeram *pro* macram *Pr.a* suplice *O* 36 licinii *Eb* lini *A B* edes *L* aedes (8) *schol.*

---

(1) ' inpellere ' Hauthalius, Iahnius (1851. 1868), Owenius. ' tentas ' Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Prateus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Achaintrius, Weberus, Iahnius (1843), Duentzerus, alii scripserunt.

(2) Sic in uu. 22° sqq. scripserunt Prateus, Walthardus, Passowius, Achaintrius, alii.

(3) Habent ' ocyus ' Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, Montius, alii.

(4) ' sulphure ' receperunt Prateus, ed. Bipontin., Achaintrius, Hauthalius, Duentzerus, alii ; ' sulpure ' Iahnius (1851.1868), Buechelerus, Owenius, Némethyus ; ceteri ' sulfure '.

(5) Lectionem *P* in textum restitui : omnes qui saturas Persianas ediderunt, ' Ergennaque ' habent.

(6) ' diuom ' scripsit Duentzerus, ed. 1844 p. 30.

(7) ' urentis ' habent Iahnius (1851. 1868), Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus ; ceteri ' urentes '.

(8) ' aedes ' scripserunt omnes praeter Iahnium (1851. 1868),

in Iuuen. sat. I 1, 109 *p.* 162, 20 ed. l. **37** optent (1 *P Eb Hieronymus, epist.* 40 *ad Marcellam* § 2 *c.* 185 *C*, 31 *t.* I *Vall.* optet *A B Bn.b Lr Mn.b Pr.a Pr.b Pr.d Pr.e T G (sup. scr.* n) **38** quicquid (2) *F V* quidquid *Hieronymus, epist. l.* hoc r. f. *Hieronymus, epist. l.* **39** non nutrici *P* nutrici non P^2 negata *O* **40** hoc *pro* haec *Bn.b Lipsius, elect.* I 13, *t.* I *p.* 681, 23 *Vesaliae* 1675 haec *om. A B; add.* A^2 ablata *Pr.a* rogabit *A B H Mn.b* rogavit *Bn.b* **41** poscit *A B Bn.b Bn.d Eb H Lr Pr.a Pr.c Pr.d F* necuis *Pr.a* nercuis *Bn.b* **42** grandes (3) *P Bn.d L Mn.a Pr.b Pr.d Pr.e D E V Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 572, 3 pingues *pro* grandes A^2 *G (sup. scr.* grandes) *Lr (in ras.) O (sup. scr.* uel grandes) pingens *A B* patine *D E* patenae *Mn.b Pr.d* tucetaque (4) *D E V Maius, class.*

Buechelerum (1893), Owenium, Némethyum, qui ' aedis ' praetulerunt.

(1) ' optent ' legerunt Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Achaintrius, Weberus, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii; ' optet ' Hauthalius, Iahnius, Duentzerus, Hermannus, Buccia-rellius, alii.

(2) Sic scripserunt Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Montius, Weberus, Iahnius (1851), alii; sed ' quidquid ' praebent Walthardus, ed. Bipontin., Passowius, Achaintrius, Hauthalius, Iahnius (1843. 1868), Duentzerus, Hermannus, Buccia-rellius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii.

(3) Legerunt ' grandes ' Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Achaintrius, Weberus, Iahnius (1843), Duentzerus, Hermannus, Buccia-rellius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii ; ' pingues ' Passowius, Hauthalius, Casaubonus (ed. Duebner. 1839), Iahnius (1851. 1868), alii. uid. Hermanni *lect. Pers.* II p. 26 sq.

(4) ' tuccetaque ' scripserunt Iahnius (1851. 1868), Hermannus,

auct. l.l. tuetaque (*sup. scr.* c *litt.*) *Pr.e* 43 annuere (1) *D E F V* 44 rex (*sup. scr.* m *litt.*) *Pr.d* res *Pr.c* 45 accersis (2) *P Bn.b Eb G Lr Mn.a T O Priscianus, inst. gr.* VIII 14, 79 p. 433, 26 *g. L.* K. accessis *A B* aarcessis *L* acersis *cod. Prisc. K l.l.* acersis (*sup. scr. alt.* c *litt.*) *codd. Prisc. R r D l.l.* fibram *P* fibra *P*² fortunate *O* furtunare *cod. Prisc. K l. l.* penates (3) *Eb L V Prisc. inst. gr. l. l.* 46 e gregibus foetum (4) *L* 47 in *om. Pr.a* flammis (5)

Bucciarellius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii; ceteri ' tucetaque '.

(1) ' annuere ' habes ap. Casaubonum, Schreuelium, Wetstenium, Prateum, Walthardum, ed. Bipontin., Montium, Passowium, Achaintrium, Weberum, Iahnium (1843), Duentzerum, alios; ' adnuere ' ap. Hauthalium, Iahnium (1851. 1868), Hermannum, Bucciarellium, Buechelerum (1893), Owenium, Némethyum, alios.

(2) ' accersis ' receperunt Passowius, Hauthalius, Hermannus (cuius uid. etiam *lect. Pers.* III p. 19), Bucciarellius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii ; ' arcessis ' Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Achaintrius, Weberus, Iahnius, Duentzerus, alii.

(3) ' penatis ' scripserunt Iahnius (1851. 1868), Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus; ceteri ' penates '.

(4) ' fetum ' scripserunt recte Schreuelius, Passowius, Weberus, Hauthalius, Iahnius, Hermannus, Bucciarellius, Buechelerus (1893), Albinius p. 357, Owenius, Némethyus, alii ; ' foetum ' Casaubonus, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Achaintrius, Duentzerus, alii.

(5) ' in flammis ' legerunt Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Achaintrius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii ; ' in flammas ' Passowius, Weberus, Hauthalius, Casaubonus (ed. Duebner. 1839), Iahnius (1851. 1868), Hermannus, Bucciarellius, Albinius p. 357, alii: sed pergrata Iahnio (1843) et Duentzero lectio ' in flamma '.

P Bn.b Pr.d O Maius, class. auct. t. VIII *p.* 279, 12 flammas *A B Bn.d Pr.c T alii* flamma *L F* iunicum in flammis *V* **48** et tamen (1) *P H Lr Pr.d* at tamen *A B Eb L O* his *pro* hic *Bn.b* exstis *V* uiuere uoto *pro* uincere ferto *Bn.c* festo *A B* ferto A^2 et ferto *F* ferro *Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 390, 16 *(n. marg.* ferto) **49** crescet *Pr.d (sup. scr.* a *litt.)* aser *A B* ager A^2 iam *om. Pr.a* oliue *Pr.b* **50** expes *Lr Mn.b Pr.a Pr.b Pr.e Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 547, 16 expes *(sup. scr.* uel expers) *O* expers *Bn.b* **51** nequicquam (2) *Eb V* nequaquam *O al. recentiores* nec quicquam *Petrus Blesensis, epist.* 14 *ad sacellanos aulicos p.* 22 *b,* 55 suspiraet *Bn.c* suspirat (3) *Petrus Blesensis l.l.* suspicit *cod. Seruianus C comm. in Aen.* II 546 numus (4) *cod. Seru. H l.l.* **52** sit *pro* si tibi *E* crateras *P Eb L D E F Isidorus, orig.* XX 5, 3 *c.* 1318, 56 *Rabanus Maurus, de uniuerso* XXII 4 *c.* 600 *A,* 3 *Migne t.* CXI creterras (5) *A B* creterram *cod. Prisciani R inst. gr.* VI 5, 27 crateram *codd. Prisc. praeter R l.l.* cratera *Pr.a* arguenti *cod.*

---

(1) Lego ' et tamen ' in edd. Casauboni (1647), Schreuelii, Wetstenii, Pratei, Walthardi, Bipont., Achaintrii, Iahnii (1851. 1868), Buecheleri (1893), Owenii, Némethyi, aliorum ; ' at tamen ' in edd. Montii, Passowii, Weberi, Hauthalii, Casauboni (1839), Duentzeri, Hermanni, Bucciarellii, Albinii p. 357.

(2) ' nequicquam ' scripserunt Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Montius, Achaintrius, Weberus, Iahnius (1843), alii ; ' nequidquam ' ed. Bipont., Passowius, Hauthalius, Duentzerus, alii ; ' nec quicquam ' Walthardus.

342, 26 sqq. **20** 'Dinomaches ego sum' Politianus, *miscellan.* centur. I 4 p. 230, 5 sq. **21** 'pannucia Baucis' Porphyrio, *comm. in Hor. epist.* I 13, 14 p. 282, 1 'pannucia Baucis' Donatus, *comm. in Ter. Andr.* 770 (IV 4, 31) p. 123 *b*, 9 sq. 'dum ne deterius sapiat pannucia Baucis' Maius, t. l. p. 460, 6 sq. **22** 'cantauerit ozima uernae' Maius, t. l. p. 402 *b*, 22 **23** sq. 'ut nemo in sese tentat descendere, nemo; | sed praecedenti spectatur mantica tergo' Petrus Blesensis, *epist.* 45 *ad anon. quendam* p. 67 *b*, 1 sqq. **24** 'sed praecedenti spectatur mantica tergo' *schol. in Hor. serm.* II 3, 299 p. 271, 9 uol. II 'spectatur mantica tergo' Porphyrio, *comm. in Hor. serm.* II 3, 299 p. 259, 12 (1) **29** 'seriolae ueterem metuens deradere limum' Maius, t.l. p. 521, 26 sq. 'urceoli ueteris metuens deradere limum' Maius, t. l. p. 612, 24 **30** sq. 'tunicatum cum sale mordens | caepe' Seruius [Sergius], *comm. in art. Don.* p. 431, 34 sq. uol. IV *g. L.* K. **35** 'penemque arcanaque lumbi' Maius, t. l. p. 445, 5 sq. **36** 'runcantem populo marcentes pandere uuluas' Maius, t. l. p. 21, 9 sq. et p. 504, 30 sq. **37** 'balanatum gausape pectes' Priscianus, *inst. gr.* VII 11, 55 p. 333, 8 uol. II *g. L.* K. (ed. Krehl. uol. I p. 328, 11) 'tunc cum in maxillis balanatum gausape pectis' Maius, t. l. p. 263 *a*, 33 sqq. 'tunc cum balanatum gausape pectas' Maius, t. l. p. 64, 29 **38** 'quare detonsus gurgulio extat' Maius, t.l. p. 252, 25 **39** 'quinque palaestritae licet haec plantaria uellant' Maius, t. l. p. 482 *a*, 27 sqq. **40** 'elixas nates labefactet forcipe adunca' Maius, t. l. p. 312, 25 sq. 'labefactet forcipe adunca' Maius, t. l. p. 300, 21

(1) Mentionem huius uersus 24ti continet *hist. mai.* Matthaei Paris monachi Albanensis Angli, ed. W. Wats, Londini 1864: cf. ed. Henrici Rich. Luard, Cambridge 1872, IV 503.

41 ' non tamen ista filix ullo mansuescet aratro ' Maius, t. I. p. 208, 4 sq. 43 ' uiuitur hoc pacto ' Charisius, *art. gram.* III 4 p. 253, 22 uol. I *g. L.* K. ' uiuitur h. p. ' Diomedes, *art. gram.* I p. 399, 5 uol. I *g. L.* K. 47 sq. ' tu quoque praeuiso si palles improbe nummo, | si facis, in penem quicquid tibi uenit amorum [*marg. al.* amarum] ' Io. Saresberiensis, *pol.* III 5 p. 162, 5 sq. 49 ' caulus puteal uibice flagellas ' Maius, t. l. p. 444, 13 ' puteal miulta uibice flagellas ' Maius, t.l. p. 598, 19 (1) 51 ' tollat sua munera cerdo' (2) Maius, t. l. p. 128, 16 52 ' tecum habita, et noris, quam sit tibi curta supellex' Petrus Blesensis, *epist.* 107 *ad. am. B. mon.* p. 168 *b,* 41 sq. ' tecum habita ' Politianus, *miscellan.* centur. I 4 p. 230, 7 ' noris quam sit tibi curta supellex ' Maius, t. l. p. 452, 26

Imitatores

7 sq. (3) ' maiestate manus seruanda silentia iussit ' Vualtherus Spirensis, *uit. et pass. s. Christoph. mart.* IV 186 p. 71, 20 10 sq. ' et quia scis duplice aequare in pondere lances ' Vualtherus Spirensis, carm. l. prol. 21 p. 5, 12 13 ' isti qui ualet exarationi | destrictum bonus applicare theta ' Apollinaris Sidonius, *carm.* 9, 334 sq. p. 226, 19 sq. ' si displicet, mortiferum praefigite

(1) Eadem sententia, quam continent uerba ' uibice flagellas ' uersus undequinquagesimi, apparet in uersu 757mo (p. 113, 8) *passionis s. Arnulfi*: ' miles domini uibice feritur '.

(2) Max. Manitius uerba laudata cum Sex. Amarcii G. P. *serm.* III 216 (p. 52, 17) uerbis ' cerdo suat ' confert.

(3) Eadem uerba ' fert animus ' habent Lucanus, *de b. c.* I 67, et Statius, *silu.* IV 4, 49.

theta ' Sigebertus Gemblacensis, *epist. de uita domni Deoderici prioris Mettensis episcopi* p. 463, 14 sq. *mon. Germ. hist.* Pertz t. VI (ss. t. IV) ' et cui dat nitidum littera nigra librum ' Albertus Stadensis, *Troil.* IV 584 p. 121, 7 23 sq. ' sed illa est uera inter amicos reprehensio ; si nostram peram non uidentes, aliorum, iuxta Persium, manticam consideremus' Hieronymus, *epist.* 102 *ad August.* (uett. edd. 91; Ben. 69) c. 627 *B*, 16 sqq. t. I 46 sq. ' licet te tota uicinia modestum dicat ac pudicum, minime uel iurantibus credas ' Io. Saresberiensis, *pol.* III 5 p. 162, 8 sq. 50 ' bibulasque aures praebere docenti ' Beda, *act. s. Cuthberti Lindisfarnensis episc.* XIV 19 p. 11, 51 t. II *thes. monum. eccl. et hist.* cet. Basnage ' et bibulas adhibere sonis caelestibus aures ' Beda, op. l. XXI 2 p. 14, 4 t. II ed. l. (1) ' illorum bibulas meritis (2) caelestibus aures | nunc adhibete ' Alcuinus (Albinus), *carm. ad Higbaldum episc. de clade Lindisfarnensis monasterii* IX 141 sq. p. 232, 31 sq. *mon. Germ. hist., poet. Lat. aeui Carolini* t. I ' qui bibulas proni monitis caelestibus aures, | ecclesiae patres, habuistis semper apertas ' Alcuinus (Albinus), *carm. ad Paulinum* XX 16 sq. p. 241, 6 sq. *mon. Germ. hist.* t.l. ' et bibulas huiuscemodi uox uerberat aures ' *pass. s. Arnulfi* 460 p. 102, 17

---

(1) Cf. addenda ad tom. I p. 241, 16 *monum. Germ. hist.* in t. II p. 692 *a*, 2 sq.

(2) Fortasse ' monitis '.

V

AD MAGISTRVM EQVITVM CORNVTVM

Vatibus hic mos est, centum sibi poscere uoces,
centum ora et linguas optare in carmina centum,
fabula seu maesto ponatur hianda tragoedo,
uulnera seu Parthi ducentis ab inguine ferrum.
« quorsum haec? aut quantas robusti carminis offas
ingeris, ut par sit centeno gutture niti?
grande locuturi nebulas Helicone legunto,
si quibus aut Prognes aut si quibus olla Thyestae
feruebit saepe inuiso cenanda Glyconi.
tu neque anhelanti, coquitur dum massa camini,
folle premis uentos, nec clauso murmure raucos
nescio quid tecum graue cornicaris inepte,
nec scloppo tumidas intendis rumpere buccas.
uerba togae sequeris iunctura callidus acri,
ore teres modico, pallentis rodere mores
doctus et ingenuo culpam defigere ludo.
hinc trahe quae dicis, mensasque relinque Mycenis
cum capite et pedibus, plebeiaque prandia noris. »
non equidem hoc studeo, pullatis ut mihi nugis
pagina turgescat dare pondus idonea fumo.
secrete loquimur. tibi nunc hortante Camena
excutienda damus praecordia, quandoque nostrae
pars tua sit, Cornute, animae, tibi, dulcis amice,
ostendisse iuuat. pulsa dinoscere cautus
quid solidum crepet et pictae tectoria linguae.

his ego centenas ausim deposcere fauces,
ut, quantum mihi te sinuoso in pectore fixi,
uoce traham pura, totumque hoc uerba resignent,
quod latet arcana non enarrabile fibra.
Cum primum pauido custos mihi purpura cessit
bullaque subcinctis Laribus donata pependit,
cum blandi comites totaque inpune Subura
permisit sparsisse oculos iam candidus umbo,
cumque iter ambiguum est et uitae nescius error
deducit trepidas ramosa in compita mentes,
me tibi seposui. teneros tu suscipis annos
Socratico, Cornute, sinu. tunc fallere sollers
adposita intortos extendit regula mores,
et premitur ratione animus uincique laborat
artificemque tuo ducit sub pollice uultum.
tecum etenim longos memini consumere soles
et tecum primas epulis decerpere noctes.
unum opus et requiem pariter disponimus ambo,
atque uerecunda laxamus seria mensa.
non equidem hoc dubites, amborum foedere certo
consentire dies et ab uno sidere duci:
nostra uel aequali suspendit tempora Libra
Parca tenax ueri, seu nata fidelibus hora
diuidit in Geminos concordia fata duorum,
Saturnumque grauem nostro Ioue frangimus una:
nescio quod, certum est quod me tibi temperat astrum.
Mille hominum species et rerum discolor usus,
uelle suum cuique est, nec uoto uiuitur uno.
mercibus hic Italis mutat sub sole recenti
rugosum piper et pallentis grana cumini,
hic satur inriguo maiult turgescere somno,
hic campo indulget, hunc alea decoquit, ille

in uenerem putris; et, cum lapidosa cheragra
fregerit articulos, ueteris ramalia fagi,
tunc crassos transisse dies lucemque palustrem
et sibi iam seri uita ingemuere relicta.
at te nocturnis iuuat inpallescere chartis,
cultor enim es iuuenum; purgatas inseris aures
fruge Cleanthea: petite hinc puerique senesque
finem animo certum miserisque uiatica canis.
«cras hoc fiet.» idem cras fiet. «quid? quasi magnum
nempe diem donas.» sed cum lux altera uenit,
iam cras hesternum consumpsimus, ecce aliud cras
egerit hos annos et semper paulum erit ultra.
nam quamuis prope te, quamuis temone sub uno
uertentem sese, frustra sectabere canthum,
cum rota posterior curras et in axe secundo.
Libertate opus est. non hac, ut quisque Velina
Publius: emeruit, scabiosum tesserula far
possidet. heu steriles ueri, quibus una Quiritem
uertigo facit. hic Dama est non tresis agaso
uappa lippus et in tenui farragine mendax:
uerterit hunc dominus, momento turbinis exit
Marcus Dama. papae. Marco spondente recusas
credere tu nummos? Marco sub iudice palles?
Marcus dixit, ita est. adsigna, Marce, tabellas.
haec mera libertas, hoc nobis pillea donat.
« an quisquam est alius liber, nisi ducere uitam
cui licet ut uoluit? licet ut uolo uiuere: non sim
liberior Bruto? » « mendose colligis » inquit
stoicus hic aurem mordaci lotus aceto
« hoc reliqum accipio, ' licet ' illud et ' ut uolo '
tolle. »

« uindicta postquam meus a praetore recessi,
cur mihi non liceat, iussit quodcumque uoluntas,
excepto si quid Masuri rubrica uetauit? »
disce, sed ira cadat naso rugosaque sanna,
dum ueteres auias tibi de pulmone reuello.
non praetoris erat stultis dare tenuia rerum
officia atque usum rapidae permittere uitae:
sambucam citius caloni aptaueris alto.
stat contra ratio et secretam garrit in aurem,
ne liceat facere id quod quis uitiauit agendo.
publica lex hominum naturaque continet hoc fas,
ut teneat uetitos inscitia debilis actus.
diluis elleborum, certo conpescere puncto
nescius examen? uetat hoc natura medendi.
nauem si poscat sibi peronatus arator
luciferi rudis, exclamat Melicerta perisse
frontem de rebus. tibi recto uiuere talo
ars dedit? et ueris speciem dinoscere calles,
ne qua subaerato mendosum tinniat auro?
quaeque sequenda forent, quaeque euitanda uicissim,
illa prius creta, mox haec carbone notasti?
es modicus uoti, presso lare, dulcis amicis?
iam nunc adstringas, iam nunc granaria laxes,
inque luto fixum possis transcendere nummum,
nec gluttu sorbere saliuam Mercurialem?
« haec mea sunt, teneo » cum uere dixeris, esto
liberque ac sapiens praetoribus ac Ioue dextro.
sin tu, cum fueris nostrae paulo ante farinae,
pelliculam ueterem retines et fronte politus
astutam uapido seruans in pectore uolpem,
quae dederam supra, relego funemque reduco:
nil tibi concessit ratio; digitum exere, peccas,

et quid tam paruum est? sed nullo ture litabis,
haereat in stultis breuis ut semuncia recti.
haec miscere nefas, nec cum sis cetera fossor,
tris tantum ad numeros satyri moueare Bathylli.
«liber ego». unde datum hoc sumis, tot subdite rebus?
an dominum ignoras nisi quem uindicta relaxat?
« i puer et strigiles Crispini ad balnea defer »
si increpuit, cessas nugator, seruitium acre
te nihil inpellit, nec quicquam extrinsecus intrat
quod neruos agitet; sed si intus et in iecore aegro
nascuntur domini, quin tu inpunitior exis
atque hic, quem ad strigiles scutica et metus egit erilis?
Mane piger stertis. «surge» inquit Auaritia «heia surge.» negas. instat, « surge » inquit. «non queo.» « surge. »
«et quid agam?» «rogas? en saperdas aduehe Ponto,
castoreum, stuppas, hebenum, tus, lubrica Coa;
tolle recens primus piper et sitiente camello;
uerte aliquid; iura.» «sed Iuppiter audiat.» «eheu
baro, regustatum digito terebrare salinum
contentus perages, si uiuere cum Ioue tendis.»
iam pueris pellem succinctus et oenophorum aptas
ocius ad nauem; nihil obstat quin trabe uasta
Aegaeum rapias, ni sollers Luxuria ante
seductum moneat « quo deinde, insane, ruis, quo?
quid tibi uis? calido sub pectore mascula bilis
intumuit, quam non extinxerit urna cicutae?
tu mare transilias? tibi torta cannabe fulto
cena sit in transtro, Veientanumque rubellum
exalet uapida laesum pice sessilis obba?
quid petis? ut nummi, quos hic quincunce modesto

nutrieras, peragant auidos sudare deunces ?
indulge genio, carpamus dulcia, nostrum est
quod uiuis, cinis et manes et fabula fies,
uiue memor leti, fugit hora, hoc quod loquor inde est.»
en quid agis ? duplici in diuersum scinderis hamo.
huncine an hunc sequeris? subeas alternus oportet
ancipiti obsequio dominos, alternus oberres.
nec tu cum obstiteris semel instantique negaris
parere imperio, « rupi iam uincula » dicas;
nam et luctata canis nodum abripit, at tamen illi,
cum fugit, a collo trahitur pars longa catenae.
« Daue, cito, hoc credas iubeo, finire dolores
praeteritos meditor » crudum Chaerestratus unguem
adrodens ait haec « an siccis dedecus obstem
cognatis ? an rem patriam rumore sinistro
limen ad obscaenum frangam, dum Chrysidis udas
ebrius ante fores extincta cum face canto ? »
« euge puer, sapias; dis depellentibus agnam
percute. » « sed censen, plorabit, Daue, relicta?»
« nugaris ? solea, puer, obiurgabere rubra.
ne trepidare uelis atque artos rodere casses,
nunc ferus et uiolens, at si uocet, ' haut mora' dicas.»
« quidnam igitur faciam? ne nunc, cum arcessat et ultro
supplicet, accedam? » « si totus et integer illinc
exieras, ne nunc. » hic hic quod quaerimus, hic est,
non in festuca, lictor quam iactat ineptus.
ius habet ille sui, palpo quem tollit hiantem
cretata ambitio ? « uigila et cicer ingere large
rixanti populo, nostra ut Floralia possint
aprici meminisse senes. » quid pulchrius? at cum
Herodis uenere dies, unctaque fenestra

dispositae pinguem nebulam uomuere lucernae
portantes uiolas, rubrumque amplexa catinum
cauda natat thynni, tumet alba fidelia uino,
labra moues tacitus recutitaque sabbata palles.
tum nigri lemures ouoque pericula rupto,
hinc grandes Galli et cum sistro lusca sacerdos
incussere deos inflantis corpora, si non
praedictum ter mane caput gustaueris ali.
Dixeris haec inter uaricosos centuriones,
continuo crassum ridet Pulfenius ingens
et centum Graecos curto centusse licetur.

Lectiones uariae

V ad magistrum equitum cornutum *P* ad anneum cornutum stoicum cuius fuit auditor *L* quinta satira de poetis *V* in IIII de adolescentia *E* 1 linguas (1) *schol. in Heirici carm. uit. s. Germ. Autiss. praef. II libri u.* 9 *p.* 452 *mon. Germ. hist., poet. Lat. aeui Carolini t.* III 2 carmine *Bn.b L Mn.b Pr.c* 3 mesto *L S p.* 30 *u.* 442 hiando *Pr.b O* hyanda *S l.l.* 4 uolnera (2) *Mn.c* parti *Pr.b Pr.e O* 5 hoc *Bn.b* ostas *Bn.b* 6 ingerit *Bn.b* 7 legunto elicone *Pr.c* 8 (3) quib; *P* (b; *in ras.* P^2) progenes *P* prognes (4) *Mn.c : cf. Iuuenal.* II 6, 644

---

(1) Sed in cod. Paris. 13757 ' lingues '. lectionem ' linguas ' praebet etiam cod. quidam Persianus recentior, qui ab O. Iahnio Rehdigeranus saec. XIV (*R 1*) uocatur.

(2) Lectionem ' uolnera ' recepit Duentzerus, ed. l. p. 54.

(3) Bucciarellius in ed. 1888 p. 56 per errorem ' lucuturi ' edidit.

(4) ' Prognes ' scripserunt Prateus, Walthardus, Hauthalius, Iahnius, Owenius, alii; ' Procnes ' Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Achaintrius, We-

procnes *A B Bn.c G Pr.d* thieste *Mn.c* thiestae *O* **9** inuiso (1) *P* insulco *Eb* insulso *Mn.c: cf. schol. Pers.* 5, 9 scenanda *Bn.b* cycloni (2) *P (m. recentissima scr.* gliconi) gliconi *Mn.c O* **10** tuque (ne *sup. scr.*) *L* neq; neelanti *cod. Porphyrionis Monac. inter Lat. no.* 181. 2 anelanti *cod. Porphyrionis Guelferbyt.* 81. 38 *et ed. Mediol.* a. 1486 camini (3) *P* camino P^2 *A B Porphyrio, comm. in Hor. serm.* I 4, 19 *p.* 208, 20 *Meyer* **11** ne *Pr.a* claso *A B*: *corr. A* ? raucos (4) *P Mn.c cod. Monac.* Kr / 89 *a. s.* XII raucis *L* **12** tecum graue *om. Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 115, 7 cornicarnis (5) *Pr.a* **13** stloppo (6)

---

berus, Duentzerus, Hermannus, Bucciarellius, Buechelerus (1893), Némethyus, alii. sed lectio 'Progenes' non est, mea quidem sententia, spernenda, cum praesertim Ritschlius pro certa lect. ' Procina ' in emendando comoediae Plautinae, quae inscribitur ' rudens ', uersu 604° habuisset: ne ratio quidem metrica obstat.

(1) Seruaui ' inuiso ' cod. *P*, quia Glycon uel Cyclon tragoedus, qui partes Terei et Thyestae agebat, ' inuisus ' spectantibus quam ' insulsus ' erat.

(2) Cur non legendum in textu Persiano ' Cycloni ' ? scholiorum auctoritas non maior quam codicis *P* est: praeterea nihil de hoc tragoedo notum praeter quae ab interpretibus antiquis tradita sunt et, ut Némethyus ad hunc loc. p. 238 animaduertit, ' parum certa nituntur fide '.

(3) Lectionem ' camini ' praetuli, quam edd. neglexerunt; est enim ' camini ' casus ' localis ' qui dicitur (sermone patrio « caso locativo ») uocabuli ' caminus '.

(4) ' raucos ' seruaui, qua in lectione uetustus casus rectus numeri sing. pro ' raucus ' facile intellegitur.

(5) ' cornicarit ' pro ' cornicaris ' per errorem scripserunt Schreuelius, ed. 1664 p. 571, et Wetstenius p. 79.

(6) Praetulerunt ' stloppo ' Casaubonus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Achaintrius, Weberus, Iahnius (1843), Duentzerus, Hermannus, Bucciarellius, alii; ' stlopo ' Hautha-

Bdl Eb L F schol. Pers. 5, 13 stlopo *Bn.d H: cf. codd. Prisciani B G K inst. gr.* I 10, 57 sthlopo *Mn.c* stloplo *Bn.b* stoloppo *C* stolopo *Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 560 *a*, 18 stolpo *Pr.b Pr.e* stopo *Pr.d: cf. u.* stopus (*sup. scr.* l *litt.*) *in cod. Prisc. L l.l.* scloppo *codd. ceteri* 14 tinctura *O* 15 teres *P Bn.a Bn.b Bn.d Pr.c T* teris (1) P^2 *Eb L O Mn.c* terens *A B* pallentes *F Mn.c* pallentis (2) *Pr.d T cett.* rodere (3) *P* radere P^2 *alii* 16 ingenio *Bn.b Lr Pr.d* 17 dices *Mn.b Pr.c Pr.d* (*sup. scr.* a *litt.*) *O* dicas (4) *Eb G (ex corr.)* doceas *Bdl* micenis *O* 18 plebeia L^1 *u.* 18um *om. A B, sed mg. add.* 19 nonne quidem *Aldhelmus, de re gram., ap. Maium, class. auct. t.* V *p.* 528, 19 haec *Pr.a* hoc *om. H* pullatis (5) *P A B Eb L alii antiquitate grauiores* bullatis *Bn.d Mn.a Mn.b O alii deteriores*

---

lius ; ' scloppo ' Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Iahnius (1851. 1868), Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii.

(1) ' teris ' Schreuelius, Wetstenius, Achaintrius, Hauthalius habent ; ' teres ' ceteri.

(2) Habent ' pallentis ' Iahnius (1851.1868), Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus; ceteri ' pallentes '.

(3) Lectionem *P* praetuli ; licet enim pro certo sumere Persium uerbum ' rodere ' per translationem de moribus corrigendis usurpauisse, quo u. antea etiam per translationem de rebus usus erat Ouidius, *ex Pont.* I 1, 71.

(4) ' dicis ' legerunt Iahnius (1851. 1868), Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus ; ceteri ' dicas '.

(5) ' pullatis ' Achaintrius, Hauthalius, Duentzerus, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii habent ; ' bullatis ' Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Weberus, Iahnius (1868), Hermannus (cuius uide etiam *lect. Pers.* I p. 32), Bucciarellius, alii: uid. Buecheleri commentationem laudatam, *d. Text des Persius* p. 457 ; et Albinii op. l. p. 366 sq.

populatis *Aldhelmus, de r. gr. l.l.* **21** secrete (1) *P A B al.* secreti A^2 secr&i *F* secreti (*sup. scr.* secrete) *O* ortante *L* **22** quandoque (2) *Γ* quantoque *Bn.d* quantaque P^2 *A B* **24** pulsandinoscere (3) *P* pulsa dinoscere (4) P^2 *cett.* **25** stoli-

(1) Omnes edd., praeter Buechelerum (1893), Owenium, Némethyum, qui habent ' secrete ', scripserunt ' secreti ': cf. Buecheleri commentationem l. p. 457.

(2) Seruaui lect. *P* ' quandoque ', quia sic poetae sententiam interpretor: ' tibi excutienda damus praecordia, et, quando sit (h. e. cum sit) pars tua, Cornute, animae nostrae, iuuat me ostendisse id tibi, dulcis amice '. ita in duas diuido sententias quod Persius sensit: *a)* dare excutienda praecordia; *b)* id ostendere: h. e. non solum diligere amicum, sed etiam id amico ipsi ostendere. Assentior quidem uiris illis doctissimis, qui omnes ad unum lectionem ' quantaque ' praetulerunt; sed codicem *P* quam meam et aliorum persuasionem sequi malui: nobis enim non Persium emendare atque ab integro nouum efficere, sed tantum legere quae poeta scripsit eiusque carmen in pristinum, quantum possimus, restituere datum est. de ' quando ' coniunctione causali, quae uocatur, cum modo coniunctiuo coniuncta, eiusque ui cf., sis, Liu. III 52, 10 ' quando ita uideatur '; Plin. *n. h.* XVII 4 (3), 27 ' quando senescant '; cet.

(3) Vt lectio *P* ' pulsandi noscere ' seruetur, sic distinguendum esse puto: ' pulsandi noscere cautus | quid solidum crepet et pictae tectoria linguae | his ego cet. ' sententia poetae, aut ego fallor, haec plane est: ego cautus pulsandi (de u. ' cautus ' cum casu quem genetiuum grammatici uocant, cf. Macrob. *sat.* I 15, 8 ' rei diuinae cautus ') ad noscendum quid solidum crepet et pictae tectoria linguae, in his rebus ausim cet.: hoc est, ut paucis complectar, ego qui ita sum cautus, ut non speciem rerum prae me sed tantum res ipsas feram, ausim centum mihi poscere uoces, ut dicam quantopere cet.

(4) Scripserunt ' dignoscere ' Casaubonus, Schreuelius (1664), Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Achaintrius, Weberus, Iahnius (1843), Duentzerus, alii.

dum *Pr.e* solidum (*sup. scr.* uel solide) *O* picte *L* plectoria *Bn.a L Mn.b Pr.a Pr.b Pr.e T O F: cf. Vualtheri Spirensis uit. et pass. s. Chr. mart.* II *u.* 152 *p.* 44, 17 *Harster* tectoria (1) *Bn.d Lr (in ras.) Mn.a Pr.c Pr.d al.: cf. Augustini epist.* 132 *ad Volusianum t.* II *c.* 395 *E,* 41 pictoria *Bn.b* **26** his *P B Bn.a Bn.d L Lr Mn.a Pr.a Pr.d F* hic (2) *A Mn.b Pr.b Pr.e O* (*sup. scr.* his) huc *T* hinc *Bn.b Pr.c* depromere *L* fauces (3) *P* uoces *A B F V* **27** in *om. Bn.d* **28** puram *Pr.a* haec *Bn.d Pr.c G (ex corr.) O F* hec *V* **29** arcana *P (sup.* a *litt. ult. m. recentior lineolam circumflexam scripsit)* archana *L V* enarbile friba *Bn.b: qui cod. ante uersum* 30um *transtulit u.* 31um **31** subcinctis (*corr. ex* subcinctus) *P* succinctus *A B* succinctis (4) *A*[2] *Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 68, 7 **32** (5) **34** tunc *pro* cumque *D* || tem *D* est *om. Bn.a* error (r *litt. alt. del.*) *D* **35** deducit (6) *A Bn.a Bn.b Lr Mn.b Pr.b Pr.d Pr.e Mn.c (sup. scr.* i *litt.) al.* diducit *cett.* traducit *Seruius, comm. in Aen.* VI

---

(1) Omnes uu. qui saturas Persianas ediderunt dd., lectione ' tectoria ' usi sunt.

(2) ' hic ' receperunt Passowius (' heic '), Iahnius (1851), Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus ; ceteri ' his '.

(3) Omnes edd., praeter Buechelerum (1893), Owenium, Némethyum, qui ' fauces ' praetulerunt, lectione ' uoces ' usi sunt.

(4) Lectio *P* apparet ap. Schreuelium, Wetstenium, Buechelerum (1893), Owenium: ceteri ' succinctis ' scripserunt.

(5) Iustus Lipsius, *elect.* I 13 p. 680, 14 Vesaliae 1675, ' impune Suburra ' formis describendum curauit.

(6) ' deducit ' Schreuelius, Wetstenius, Hauthalius, Iahnius (1843. 1851), Duentzerus, Hermannus, Bucciarellius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii receperunt; ' diducit ' Casaubonus, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Achaintrius, Weberus, Iahnius (1868), alii.

136 *uol.* II *p.* 31, 4 *Th.* competa *cod. Seruianus A l.l.* comp&a *F* conpita *cod. Seru. M l.l.* **36** seposui *P A B Bn.a C L G* (*sup. scr.* sub) *Pr.d* (*eras.* e *litt.*) *T* subposui *Bdl* L^2 supposui (1) *F* posui *Eb* tum *pro* tu *O* suspicis *P* (pic *in ras.* P^2) *Bn.b* suscipis (*sup. scr.* conspicis) *O* **37** soratico *S p.* 30 *u.* 444 sibi nu *Bn.b* tum (2) *A B Bn.a Bn.b Mn.a Mn.b Pr.a Pr.b Pr.c Pr.d Pr.e* tunc *P S l.l. cett.* **38** apposita (3) *L* **40** (4) araficemque *A B : corr.* A^2 artificeq, (*lineola circumflexa sup.* e *litt. ducta*) *S p.* 30 *u.* 445 ducte *Bn.a* **45** nonne quidem *Pr.a* nequidem *Pr.c* hoc *om. V cod. Seruianus M comm. in Aen.* I 576 cetu *codd. Seruiani L H l.l.* (certu *l*) **46** consentire dies *om. cod. Seruianus C l.l. : in mg. add. C* [3] sydere *O* **47** contra *pro* nostra *Bn.b* suspendit *P A B Io. Saresberiensis, pol.* I 12 *Petrus Blesensis, de*

---

(1) ' subposui ' scripserunt Hauthalius, Iahnius (1851); ceteri ' supposui '; nemo, quod sciam, ' seposui '. lectionem ' seposui ' in textu ponere ausus sum, quia uerborum ' me tibi seposui ' sententia plane haec est: ' segregaui me a ceteris hominibus (amicis uel ciuibus) tibi, h. e. ut tua praecepta diligenter audirem sapientiamque tuam admirarer atque colerem '. de uerbo ' seponere ' casu dandi adiuncto uid. Cic. *de orat.* III 33, 132 p. 196, 6 par. I uol. II Friedrich 1893 ; *orat.* 42, 143 p. 351, 13 ed. l. ; Ouid. *fast.* III 730; Phaedr. IV 5, 21 ; Tac. *ann.* VI 19, 5 ; ***hist.*** I 1, 19 ; cet.

(2) Praetulerunt ' tum ' Hauthalius, Iahnius, Duentzerus, Hermannus, Bucciarellius, alii ; ' tunc ' Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Achaintrius, Weberus, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii.

(3) ' adposita ' scripserunt Passowius, Hauthalius, Iahnius (1851. 1868), Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus; ceteri ' apposita '.

(4) ' sup ' scripsit Buechelerus (1893) ; ' uoltum ' Duentzerus.

praest. fort. p. 596 *a,* 38 suspendat *Bn.b* suspendi *Mn.b Pr.b Pr.e* **49** facta *cod. Prisciani H inst. gr.* VII 12, 64 *Io. Saresberiensis, pol. l.l. (mg.* al. fata) tuorum *Eb* deorum *cod. Prisc. L l.l.* d$_*$uorum (*fortasse* diuorum) *cod. Prisc. K l.l.* **50** iouem *A B* imam *pro* una *A B: corr. A*^{2} **51** n. quid *Bn.c Mn.b* certum (1) *P* est quid *Pr.c* est quos *Petrus Blesensis l.l.* te mihi (*mg.* al. me tibi) *Io. Saresberiensis, pol.* I 12 *Petrus Blesensis l.l.* temperet *Pr.a Pr.d O* austrum *Pr.a* **53** est *om. O* **54** meracus (*sup. scr.* arcibs) *Bn.b* his *V* atalus *pro* Italis *Bn.b* nutat *Bn.b* **55** ruguosum *cod. Prisciani G inst. gr.* VI 3, 13 pallentes *Pr.c* cymini *Bn.a Mn.b Pr.a Pr.b Pr.d Pr.e F V* cimini *Pr.c* camini *(sup. scr.* u *litt.) Bn.b u.* 55um *om. D E* **56** irriguo (2) *L D E V* irruguo *Bn.b* sompno *D E* **57** hi *D* hii *L* indulgent *L D* dequoquit *L D* decoquit *F* decoquid *E* alea at ille *D E* in uenerem ille *cod. Seruianus M comm. in georg.* IV 198 **58** in uentrem *Bn.b V* putris *V Seruius, comm. in georg.* IV 198 *p.* 335, 14 *uol.* III *Th.* putrit *P*^{2} *Bn.a schol. Pers.* 5, 58 putris est (3)

---

(1) Lect. *P* 'certum', quam alii omnes repudiauerunt, in textum recepi; sic enim uersum interpretor: ' astrum est certum (nescio quod), quod me tibi temperat '; atque in sermonem patrium conuerto : « un astro è certo, non so quale, che a te mi congiunge».

(2) Scripserunt ' irriguo ' Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Achaintrius, Weberus, Iahnius, (1843), Hermannus, Bucciarellius, alii ; ' inriguo ' Passowius, Hauthalius, Duentzerus, Iahnius (1851. 1868), Buechelerus (1893), Némethyus, alii.

(3) Interpres in cod. Parisiaco adnotat : ' in uenerem putris — sc. est, quod in aliis male additur '. lect. ' putris ' receperunt Weberus, Hauthalius, Casaubonus (ed. Duebner. 1839), Duentzerus, Iahnius, Hermannus, Bucciarellius, Buechelerus (1893), Owe-

(est *add. alt. m.*) *Pr.c* putriset (1) *P L* et P^2 *A Mn.a Pr.d* set *Mn.b* nodosa *pro* lapidosa *Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 106, 1 ciragra *Bn.d Pr.b Pr.d Pr.e O D E* chiragra (2) *Ratherius Veronensis, praeloq.* II 13, 36 *c.* 218, 15 *Maius, class. auct. t.* VIII *l.l. Petrus Blesensis, epist.* 85 *ad R. Sarisb. p.* 129 *b,* 47 **59** fregerit (3) *P D E Maius, class. auct. t.* VIII *l.l. Petrus Blesensis, epist. l.* fecerit *A B* iam facit *Ratherius Veronensis, praeloq. l.l.* rumalia *Bn.b* **60** tum (4) *Petrus Blesensis, epist. l.: cf. cod. Persianum Berolinensem n.* 39 *s.* XV transire *D* **61** serit *Bn.b* miseri *pro* seri *Io. Saresberiensis, pol.* VII 19 uita ... relicta (5) *P* uitam ... relictam *cett. Io. Saresberiensis, pol. l. l.*

---

nius, Némethyus, alii; ' putret ' ex cod. Berolinensi 38 s. XV Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, ed. Bipontin., Forcellinius *lex. t.* IV p. 1016 *b*, alii; ' est putris ' Prateus, Walthardus, Passowius, Achaintrius, alii ex codd. Pers. dett. Monacensi *e.* 3 s. XII, Laurentiano pl. XXXVII 20 s. XIII, Argentoratensi s. XV, Basileensi F III 6 s. XV, Einsiedlensi 328 s. XV, Monacensi inter cod. Lat. 792 s. XV.

(1) Lect. ' putriset ' recepi, quam diuisi in ' putris; et '; omnes edd. ' et ' particulae praetulerunt 'sed' coniunctionem, quam Hauthalius, Duentzerus, Iahnius (1851) scripserunt ' set '.

(2) ' chiragra ' legi ap. Casaubonum, Schreuelium, Wetstenium, Prateum, Walthardum, ed. Bipontin., Passowium, Achaintrium, Weberum, Hauthalium, Iahnium (1843), Duentzerum, alios; ' cheragra ' ap. Montium, Iahnium (1851. 1868), Hermannum, Buccia-rellium, Buechelerum (1893), Owenium, Némethyum, alios.

(3) ' fregerit ' legerunt omnes edd., praeter Buechelerum (1893), Oweniumque, quibus aptior uisa est codd. *A B* lectio ' fecerit '.

(4) Prateus, solus, nisi me fallit, ' tum ' scripsit.

(5) Lectionem *P* ' uita... relicta ' praeferendam puto, ut plane causa declaretur, qua plerique iam seri sibi ingemiscant: cf. Pers. 3, 38. qui saturas Persianas ediderunt, lectionem ' uitam ing. relictam ' omnes secuti sunt.

Petrus Blesensis, epist. l. gemuere *Io. Saresberiensis, pol. l.l.* **62** ac (at *in corr.*) *ed. pr.* 1587 *Velii Longi lib. de orthogr. p.* 62, 14 impallescere *Velius Longus, lib. de orthogr. p.* 62, 14 *uol.* VII *g. L. K. Cassiodorius, de orthogr.* 2 *p.* 154, 14 *uol.* VII *g. L. K.* inpallescere (1) *O al.* kartis *L* carthis *A B al.* chartis *Velius Longus et Cassiodorius l.l.* **63** enim est (2) (t *litt. eras.*) *P* **64** cloantea *Bn.d* cloanthea *O* petiteque *D* hunc *G O E* puerique (3) *Bn.b Bn.d Mn.a O al.* iuuenesque *D E al.* **66** hoc *om. Bn.a Eb Pr.d Hildebertus, mor. philos. quaest.* I 28 *c.* 1026 *C*, 34 fiat *Bn.a Eb Pr.a Pr.d* (*sup. scr.* e *litt.*) quod *Bn.a L* **67** diest *A B* set *Mn.b* **68** unùm *pro* iam cras *cod. Seruianus C comm. in Aen.* V 19 ueras *pro* cras *cod. Seru. F l.l.* esternum *L cod. Prisciani N inst. gr.* XVIII 30, 298 hesterna *cod. Seru. H l.l.* hesternum en *cod. Seru. F l.l.* hesternum heu *ed. Seruiana Petri Danielis a.* 1600 †hesternum cras abiit *Priscianus, inst. gr.* XVIII 30,

---

(1) ' inpallescere ' scripserunt Hauthalius, Iahnius (1851.1868), Buechelerus (1893), Owenius; ceteri ' impallescere '.

(2) Casaubonus (1647; et *comm.* ed. 1839 p. 263), Schreuelius, Wetstenius, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, alii ' enim es ' (quod etiam praebet codex Monacensis n. 526, scr. a. 1470) receperunt; ne mihi quidem lect. *P* reicienda uidetur, quamuis Achaintrius (ed. 1812 p. 130) eam sibi ingratam et inutilem esse existimet; etenim codice *P* in primis auctore utor ad hanc saturarum Persianarum editionem recensendam, eiusque auctoritatem maiorem quam codicum Achaintrii et ueterum recensendam editionum puto.

(3) Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Achaintrius, Weberus, Hauthalius, Iahnius (1843), alii ' iuuenesque ' praetulerunt; ' puerique ' recentiores, ut Duentzerus, Iahnius (1851. 1868), Hermannus, Bucciarellius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii.

298 p. 369, 19 *uol.* III *g. L. K.* cras alterum *Priscianus, op. l.* XI 2, 7 *p.* 552, 9 *uol.* II *g. L. K.* consumimus *Hildebertus l.l.* consumsimus (1) *codd. Seruiani F H l.l.* **69** hoc *D E* **70** quam *pro* quamuis *A B* se *pro* te *A B Bn.a* **71** frustrabere *E* cantum (2) *P A B Mn.b Pr.a Pr.e T codd. et ed. Bonnelliana Quintiliani, i. o.* I 5, 8 (*sed in ed. Zumptiana* ' canthus ') *Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 85, 18 cant*u* (u *in ras.*) *F* **72** currat *Bn.a* etiam axe *E* et (iam *sup. scr.*) axe *D* asse *Bn.b* **73** ut *om. Bn.b* qua *pro* ut *Lr O* **74** Puplius *O* tessurula *Bn.b O* **75** uiri *Eb* **76** dama *P* damna *Bdl O* damma *C* damasus *pro* damast *A B* num *pro* non *Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 35, 21 est (3) non *cod. Guelferbyt.* 81. 38 *scholiorum in Hor. serm.* II 7, 54 tressis (4) *Eb L schol. in Hor. serm.* II 7, 54 *p.* 297, 9 *uol.* II *Io. Saresberiensis, pol.* III 5 *Maius, class. auct. t.l. p.* 35, 21 *et p.* 580, 18 **77** uappa lippus (5) *(sine copula) Bn.a Bn.b Bn.d*

(1) ' consumsimus ' scripserunt Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Walthardus, ed. Bipontin., Passowius, Weberus, Iahnius (1843), alii.

(2) Iahnius in ed. Weidmanniana a. 1868 p. 28 lect. ' cantum ' solus seruauit ; sed, cum de ratione scribendi uocabuli originem sequi quam litterarum appellationem malim, iis assentior, qui ' canthum ' pro ' cantum ' scripserunt.

(3) Om. ' est. ' ed. Fabriciana a. 1555 *scholiorum in Hor.* (*serm.* II 7, 54).

(4) ' tresis ' ap. Iahnium (1851. 1868), Buechelerum (1893), Owenium, Némethyum ; ceteri ' tressis ' praetulerunt.

(5) Sic scripserunt Schreuelius (1648), Iahnius, Hermannus, Bucciarellius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii; inuenies ' uappa et lippus ' ap. Casaubonum, Schreuelium (1664), Wetstenium, Prateum, Walthardum, ed. Bipontin., Montium, Passowium, Achaintrium, Weberum, Hauthalium, Duentzerum, alios.

Mn.a Mn.b Pr.a Pr.b al. uapalipus *Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 35, 22 uapa lippus *Maius, t. l. p.* 580, 19 tenuĭ in farragine (1) *Maius, t. l. p.* 215, 8 **78** haec *O* turbinis (2) *P* temporis P^2 *A B Bn.d Eb L Lr T* temporis (*sup. scr.* turbinis) *Bn.a G* temporis (*in mg.* turbinis) *Bn.b* **79** marci dona *Isidorus, orig.* I 35, 17 *c.* 846, 46 marcidama *cod. Bernens. 207 excerpt. ex Iuliani Toletani gram. op. deperd. praef. III 7 p. CCXXXVIII* ed. l. pape *D E Isidorus, orig. l.l. Io. Saresberiensis, pol.* III 5 recasas *cod. Bernens.* 207 *l.l.* **80** crede *D* minimos *Bn.b* **81** assigna *O D Isidorus, orig.* I 35, 17 *c.* 846, 48 asigna (*sup. scr. alt. s litt.*) *E* ut signa *cod. Bernens.* 207 *l.l.* **82** haec nobis *A B Pr.c T* hanc (3) n. *Mn.a* pillea (4) *P A B Bn.a Bn.b Bn.d Mn.a Mn.b Pr.a Pr.b Pr.d Pr.e O* pilea *D* pallea (l *litt. del.*) *E* donat (5) *P* **83** dicere tutam *Bn.b* **84** cui libet *Bn.d Pr.c O* ut uoluit (6) *P Pr.d* (*sup. scr.* libuit) *O D E* ut libuit *A B Bn.b Bn.d*

(1) Iahnius in ed. Lipsiensi a. 1851 p. 27 per errorem edidit ‘ faragine ’.

(2) Qui saturas Persianas ediderunt, ‘turbinis’ receperunt omnes.

(3) ‘ hanc ’ scripserunt Prateus, Walthardus, Montius, Passowius, alii ; ‘ hoc ’ Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, ed. Bipontin., Achaintrius, Weberus, Hauthalius, Iahnius, Duentzerus, Hermannus, Bucciarellius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii.

(4) ‘ pillea ’ ap. Iahnium (1851. 1868), Buechelerum (1893), Owenium, Némethyum occurrit ; ap. ceteros ‘ pilea ’.

(5) Recepi ‘ donat ’ ; nam poetae sententia haec mihi uidetur : ‘ haec mera libertas, hoc (sc. factum, i. e. seruorum manumissio) nobis pillea donat ’, h. e. seruis manumissis potestatem gestandi pillei facit, quod insigne indicium libertatis erat.

(6) Buechelerus (1893) lect. ‘ ut libuit ’ recepit; ceteri lect. *P* ‘ ut uoluit ’.

Eb G (*sup. scr.* uoluit) *Lr* (*in ras.*) *Mn.a Pr.c* sim (1) *P* (sum P^2) *Bn.a* (*sup. scr.* sum) *L Pr.b al.* **85** liberio *P* (P^2 *add.* r *litt.*) burto *Mn.a* butro *Bn.b* inquid *Bn.b* **87** hoc (2) *P Lr Mn.a* haec *A B T* hic *O* reliqum *P* reliquum *T* reliqua *A B* hoc *pro* ut *O* · licet ut uolo uiuere tolle (3) *codd. recentiores* **88** uincta *cod. Prisciani N inst. gr.* XVIII 30, 292 (uindicta *cod. Prisc. n l.l.*) uindicata *codd. Prisc. L M inst. gr.* XVII 17, 110 pturere (*lineola recta sup.* p *litt.*) *cod. Prisc. R inst. gr.* XVII 27, 199 prae terrore *cod. Prisc. L inst. gr.* XVII 22, 165 (praetore *cod. Prisc. l l.l.*) recesi *cod. Prisc. L inst. gr.* XVII 17, 110 recessi*(t) *cod. Prisc. D inst. gr.* XVII 22, 165 cessi *cod. Prisc. O inst. gr.* XVII 22, 165 *et cod. Prisc. R inst. gr.* XVII 27, 199 **89** michi *D E* licuit *Pr.c* quocunque *Bn.d* **90** mansuri *A B Pr.c* ma*suri *L* massura *Bn.b Mn.b Pr.e* uetarit *Pr.a* uetauit *codd. cett.* (4) *Wipo tetralog. u.* 151 *p.* 250, 29 *mon. Germ. hist. Pertz t.* XIII, *ss. t.* XI **91** ira *om. Bn.b* cadit *Bn.b* rugasaque *Eb* **92** cum (5) *G Pr.b Pr.e* ueteresse *A B*

(1) Lectio ' sim ' a Casaubono (1647. 1839), Schreuelio (1648. 1664), Wetstenio, Prateo, Walthardo, ed. Bipontin., Reizio, Montio, Passowio recepta est : ceteri ' sum ' elegerunt.

(2) Legerunt ' hoc reliquum ' Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Némethyus, alii ; ' hoc reliqum ' Buechelerus (1893), Owenius ; ' haec reliqua ' Prateus, Achaintrius, Weberus, Hauthalius, Casaubonus (ed. Duebner. 1839), Iahnius, Duentzerus, Hermannus, Bucciarellius, alii.

(3) Hanc codd. recentiorum lect. receperunt Britannicus, Lubinus, Wedderburnus, Passowius, Achaintrius, Weberus ; ceteri ' licet illud et ut uolo tolle '.

(4) Praeter cod. Berolinens. n. 2 s. XII-XIII, qui, ut cod. *Pr. a*, lect. ' uetarit ' praebet.

(5) ' cum ' legit Prateus, ed. l. p. 377.

abias *A B* auias (*ex* aulas) *P Petrus Blesensis, epist.* 3 *ad u. quend. nob. p.* 4 *b,* 51 **93** erit *A B F* tenua *S p.* 30 *u.* 447 **94** suum *pro* usum *Bn.b* **96** secreta ... aure *Pr.b Pr.e* garrit *Bn.a Bn.d Lr Mn.a Pr.a Pr.c T al.* gannit (1) *O* **97** non *E* te *pro* ne *Bn.b* id *om. A B Bn.d Eb Mn.a Pr.c* (et *add. alt. m.*) quid *E* quod uis *Pr.c* quod quisque *Bn.a* uitiauit (2) *P A B Bdl Bn.d C Eb G Mn.a T* uiciauit *O V* uitauit *Bn.a Pr.c* uiciabit *D* **98** plublica *Eb* **99** inscicia *O D* insicia *Bn.d* isciatica *Bn.b* **100** diluis (e *scr. sup.* i *litt. prior.*) *D* elleborum *L D F* poncto *D* ponto *Bn.b* **102** nauim (3) *Bn.d G Mn.b Pr.b Pr.c Pr.d Pr.e* nauem *codd. cett. Io. Saresberiensis, pol.* VII *prol.* nauuem (si *sup. scr.*) *D* perornatus (4) *P* perocintus *A* perocinatus *B* peronatus A^2 *Io. Saresberiensis, pol. l.l. Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 461, 26 pera natus *Bn.b* arato *E* ardor *D* **103** exclamat (5) *P Bn.b Bn.d Pr.c F*

---

(1) Lectione ' gannit ' Montius, Passowius, 'Achaintrius, Weberus, Hauthalius, Casaubonus (ed. Duebner. 1839), alii usi sunt.

(2) ' uitiabit ' omnes scripserunt; ego uero ' uitiauit ' praetuli, quia praeceptum ' ne liceat facere ' non ad ea quae in posteum agenda pertinet, sed ad res, ut in exemplum subiectas, quas antea quis uitiauit agendo, referri debet.

(3) Legi ' nauim ' ap. Prateum, Passowium, Hauthalium, Iahnium (1843), Forcellinium—Deuitium (ind. uerborum t. IV p. 613 *a* u. ' peronatus '); ' nauem ' ap. Casaubonum, Schreuelium, Wetstenium, Walthardum, ed. Bipontin., Montium, Achaintrium, Weberum, Duentzerum, Iahnium (1851. 1868), Hermannum, Bucciarellium, Buechelerum (1893), Owenium, Némethyum, alios.

(4) Metri causa omittenda est lectio *P,* cum ' per ' syllaba sit breuis.

(5) Lectionem *P* ' exclamat ' recepi; licet enim ad posteriorem

exclamet *Io. Saresberiensis, pol. l.l.* clamabit *schol. ad Lucan.* IX 207 *p.* 699, 26 *Weber* periisse (1) *Bn.d* **104** tabo *Pr.a* **105** dedit || et *E* ueris (2) *P* ueri *A B D E* uiri *cod. Prisciani K inst. gr.* VIII 14, 79 uerri *(alt.* r *litt. del.) cod. Prisc. R r l.l.* specimen *A B Bn.a Bn.d Eb L Lr Mn.a Pr.c Pr.d Pr.e D E F* specum (*lin. add. sup.* u *litt.*) *Bn.b* speciem (3) *G Mn.b Pr.a Pr.b O al. Priscianus, inst. gr.* VIII 14, 79 *p.* 433, 8 *uol.* II *g. L. K.* specimen ueri *D E* calles *cod. Prisc. r l.l.* callis *cod. Prisc. B l.l.* callo *cod. Prisc. R l.l.* **106** ne qua *om. cod. Prisc. Paris.* 7498 *partit. XII uers. Aen. principalium* 2, 15 subaurato *Bn.d* sub aerato (4) *Gunzo gramm., epist. ad Aug. fr. c.* 1291 *B,* 24 *Io. Saresberiensis, pol.* VII 22 tinniet *cod. Prisc. R inst. gr.* VIII 14, 79 **107** quaeque uitanda *Bn.a L Pr.b Pr.d Pr.e T F* quaeque et uitanda *Mn.b* et quae uitanda *Pr.a O* et q; uicis su *(lineola*

---

circuitus uerborum partem, quam in ludis litterarum ‘ apodosin’ uocare solent, uerbum modo fatendi adiungi, quamuis uerbum in parte priore, quae ‘ protasis ’ uocatur, modo coniunctiuo inueniatur: de hac re uide, sis, Henrici Cocchiae librum aureum, qui inscribitur *la sintassi latina esposta scientificamente ad uso delle scuole di magistero*, cap. 20 § 177, III 1, *a,* p. 432.

(1) ‘ periisse ’ scripserunt Schreuelius, ed. 1664 p. 583, et Wetstenius, p. 91, contra metr. rat.

(2) Lectionem *P* ‘ ueris ’ secuti sunt Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus ; ceteri ‘ ueri ’.

(3) Legi ‘ speciem ’ ap. Casaubonum, Schreuelium, Wetstenium, Prateum, Walthardum, ed. Bipontin., Montium, Passowium, Achaintrium, Weberum, Iahnium (1851. 1868), Hermannum, Bucciarellium, Buechelerum (1893), Owenium, Némethyum, alios; ‘ specimen ’ ap. Hauthalium, Iahnium (1843), Duentzerum, alios: cf. Hermanni *lect. Pers.* II p. 53.

(4) Hauthalius, *Beitraege* I. p. 50, recepit ‘ sub aerato ’.

scr. sup. u *litt.)* uitanda *Bn.b* et que. fugienda *D E* **108** certa (er *del.:* e *litt. sup. scr.*) *D* creta *(in ras.)* *F* hoc *schol. in Hor. serm.* II 3, 246 *p.* 266, 13 *uol.* II notasse *A B* **109** et (1) *pro* es *Pr.b Pr.c Pr.e T* os *pro* es *Pr.a* sis *pro* es *V* uoti *(add. sup.* s *litt.)* *D E* preso *O* **110** astringas (2) *Eb L O* asstringas *V* nam *D* fixes *pro* laxes *E* **111** (3) poscis *O* **112** gluttu (4) *P* glutto *A B Bn.c Lr Mn.a Mn.b Pr.e* glucto *Bn.a* gluto *nonnulli* saliuam sorbere *Mn.b Pr.e* **113** tum *pro* cum *Bn.b* **114** liberque et *D E* **115** funeris *D E* pharine *D E* **116** pellicolam *V* retinens *Bn.a Bn.c L Ln (in ras.) Pr.a O Io. Victring. ap. Boehmeri fontes rer. Germ.* III *p.* 341 retinesis *Bn.b* ret. ueterem *(transponendi signo add.)* *Bn.a* sub fr. *Io. Victring. l.l.* polita *Eb Pr.a Pr.c F K* pollita *Bn.d* politus (*sup. scr.* uel polita) *O* **117** hastutam *D E* astuta *Bn.b* seruans (5) *P Eb L Pr.a*

---

(1) ' et ' pro ' es ' habent Schreuelius, Wetstenius, Prateus, ed. Bipontin., alii.

(2) ' astringas ' legi ap. Casaubonum, Schreuelium, Wetstenium, Prateum, ed. Bipontin., Montium, Achaintrium, Duentzerum, Iahnium (1868), Hermannum, Bucciarellium, alios; ' adstringas ' ap. Walthardum, Passowium, Weberum, Hauthalium, Iahnium (1843. 1851), Buechelerum (1893), Owenium, Némethyum, alios.

(3) Scripserunt ' transscendere ' Hauthalius, *Beitraege* l. p. 50, et Némethyus, p. 37 et p. 275 sq. ed. Budapestin. 1903. Hauthalius l. l. legit ' numum '.

(4) Receperunt ' gluttu ' Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus; ' glutto ' Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Achaintrius, Duentzerus, Iahnius (1851. 1868), Hermannus, Bucciarellius, alii; ' gluto ' Prateus, Passowius, Weberus, Hauthalius, Iahnius (1843), alii.

(5) Lectionem ' seruans ', quam edd. omnes excluserunt, solus

Io. Victring. l.l. gestans *Thomas de Walsingham, chron. monast. s. Albani : ypodigma Neustriae p.* 456, 22 *Riley* seruas *cett. Gunzo gramm., epist. ad Aug. fr. c.* 1284 *D,* 14 *ed. l.* sub (1) *Eb L F K V Gunzo gramm. l.l. Vincentius Pragensis, annal. p.* 671, 28 *t.* XVII *mon. Germ. hist. Pertz Io. Saresberiensis, pol.* VII 21 *Thom. de Walsingham l. l.* in *Lr Pr.e T cett.* uulpem (2) *A B Eb L Gunzo l.l. Vincentius Pragensis l.l. Io. Saresberiensis l.l. Thom. de Walsingham l.l.* 118 supra *om. F* repeto *H L O D E* relego (3) *Bn.b Bn.c Bn.d Eb Lr Mn.a Pr.c al.* finemque *Eb* reducto *D E V* reducendo (*in ras.*) *Pr.e* retraho *F* repono *Pr.b* repono (*sup. scr.* reduco) *Mn.b* 119 exere (4) *Bn.a Bn.d Lr Mn.b Pr.a Pr.b Pr.c Pr.d Pr.e O al.* exsere *cett. Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 521, 30 120 prauum *G* si *pro* sed *Eb* 121 erreat *Eb* et *pro* ut *L*

---

recepi; sed, necessitate urgente, in extremo uersu 116° ' politu's ' pro ' politus ' emendaui.

(1) Lect. ' sub ' edd. omnes secuti sunt, praeter Iahnium (1851. 1868), Buechelerum (1893), Owenium, Némethyum, qui scripserunt ' in '.

(2) ' uolpem ' scripserunt Duentzerus, Iahnius (1851), Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus ; ceteri ' uulpem '.

(3) Lect. ' repeto ' receperunt Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Achaintrius, Weberus, Hauthalius, alii; ' relego ' Iahnius, Duentzerus, Hermannus, Bucciarellius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii. Pithoeus in *thes. crit.* Gruteri t. II p. 780 scripsit : « ex ueteribus libris recipiendum est ' relego ' ».

(4) ' exere ' in edd. Casauboni, Schreuelii, Wetstenii, Pratei, Walthardi, Montii, Achaintrii, Duentzeri, Iahnii (1851. 1868), Buecheleri (1893), Owenii, aliorum apparet ; ' exsere ' in edd. Bipontin., Passowii, Weberi, Hauthalii, Iahnii (1843), Hermanni, Bucciarellii, Némethyi, et ap. Iustum Lipsium, *manuduct. ad stoicam philos.* III 15 p. 513 *b*, 22 t. IV,

ut *om. et add. litt. minut. Bn.a* semuntia *Mn.b Pr.b Pr.d F* semiuntia *Bn.a Eb* semiuncia *Bn.d O Io. Saresberiensis, pol.* III 1 semicintia *L* semuncia (1) *cett. Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 616, 24 *passio s. Arnulfi u.* 1085 *p.* 125, 24 122 misere *O* fessor *Pr.d*

123 tres (2) *Bn.a L Pr.a Pr.d O* (*sup. scr.* uel tris) treis *Bn.b Mn.a T* tris *Bn.d G Lr Mn.b al.* numero (3) *P* satyri (4) *P* satiri *L O* sacrri *Eb* admoueare *Bn.b* beatilli *P* batilli P^2 *L O* bathillo *A B*

124 hoc *om. Bn.b Mn.b* sumis (5) *P* sumis (*sup. scr.* sentis) *O* summis (*eras. alt.* m *litt.*) *Pr.e* sumis *om. Pr.a* sentis *A B Bn.a Bn.b Bn.d H Mn.a Pr.c Pr.d* subtile *Eb* 125 ad *pro* an *Bn.b* relaxet (6) *Bn.a*

---

(1) Duentzerus, Hauthalius ‘ semiuncia ’ scripserunt; ceteri ‘ semuncia ’.

(2) ‘ tres ’ habent Prateus, Montius, Achaintrius, Hauthalius, Hermannus, Bucciarellius, alii; ‘ treis ’ Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Walthardus, ed. Bipontin., alii; ‘ tris ’ Passowius, Plumius, Iahnius, Duentzerus, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii.

(3) Vt lectio *P* ‘ numero ’ seruetur, uersus 123us sic, nisi fallor, legendus est: ‘ tris (tantum adnumero) satyri moueare Bathylli ’. uerba ‘ numeros satyri ’, quae nonnulli Persii interpretes laudant, non apparent in Porphyrion. *comm. in Hor. epist.* II 2, 124 p. 336, 10 (Meyer), ubi tantum uerba ‘ nunc † totus Satyri ’ formis descripta sunt. Gul. Meyerus suspicatus est ‘ motus ’.

(4) Lectionem ‘ satyri ’ Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Montius, Passowius, Achaintrius, Hauthalius, Iahnius (1843), Duentzerus, alii receperunt; ‘ satiri ’ ed. Bipontin., Weberus: ‘ satyrum ’ praebent Walthardus, Iahnius (1851. 1868), Hermannus, Bucciarellius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii.

(5) ‘ sentis ’ scripserunt Iahnius, Duentzerus, Hermannus, Bucciarellius; ceteri lectionem *P* ‘ sumis ’ praetulerunt.

(6) Edd. omnes ad unum ‘ relaxat ’ receperunt.

Maius, class. auct. t. VIII *p.* 618, 31 **126** steriles *Bn.b* **127** en *pro* si *Bn.d* crepuit *Mn.a* instrepuit *T* increpui *G Mn.b Pr.e* crepui *Eb* nugutcor seruiuium *A B* **128** nequicquam *Mn.b* non quicquam *V* quisquam *Bn.b* **129** et *om. Bn.d* in pectore (1) *P* **130** nascantur (2) *Lr Pr.b T* quin (3) *P Bdl C Eb L* qui *Bn.b Pr.a Pr.d T* quid *A B H F* tu *om. V* impunitior *F* inpunitior (4) *O al.* **131** quem *om. Eb* ad *om. O V* egererit *Bn.b* herilis *Eb* heriles *V* **132** magne *E* ma||ne *D* inquid *D E* auaricia *O* eya *V* eia (5) *D E K* **133** instas *Bn.b* instant *V* inquis *Bn.a Bn.d L O D E* . nequeo *V* non quaeso *D E* **134** et quid *P Bn.a Bn.c G Eb Mn.a Pr.a Pr.b Pr.c Pr.d Pr.e al.* an q. *E* en q. (6) *D V cett.* rogas (7) *P A B Bn.a Bn.c Eb L Lr Pr.d Pr.e T* rogat *Pr.c* rogitas *Bdl Bn.b Bn.d C G*

---

(1) Sic uersus emendandus est, ut maiore ex parte lectio *P* recipi possit : ' quod neruos agitet ? sed si intus et pectore aegro '.

(2) Hac lect. Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, alii usi sunt.

(3) Lect. P ' quin ' recepi, ut Schreuelius (1648.1664), Wetstenius, Passowius, Weberus, alii ; nam, ut Weberi uerbis utar, 'interrogatio cum *quin*..... acerbior et magis satirica est ' (ed. I. p. 56) : ceteri ' qui ' legerunt.

(4) ' inpunitior ' legi ap. Passowium, Hauthalium, Iahnium (1851. 1868), Buechelerum (1893), Owenium ; ap. ceteros ' impunitior '.

(5) ' heia ' legerunt Iahnius (1851. 1868), Hermannus, Bucciarellius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus ; ceteri ' eia '. Schreuelius per errorem scripsit, ed. 1664 p. 586, ' piper ' pro ' piger '.

(6) ' en ' pro ' et ' receperunt Achaintrius, Weberus, Casaubonus (1839), alii.

(7) ' rogas ', correptum more Plautino ac uolgari, praebent Hauthalius, Buechelerus (1893), Owenius : ceteri 'rogitas' scripserunt.

Mn.a Mn.b Pr.b O D V K en cogitas *Pr.a* saperdas (1) *P A B Bn.a Bn.c Eb G L Pr.a Pr.c T* saperdam *Bdl Bn.b Bn.d C Lr Mn.a Mn.b Pr.b Pr.d Pr.e E K* saperdam *(del.* m *litt. ; sup. scr.* s *litt.) D* saperda *O* sarpedas *V* auehe *D* 135 castorium *O* casteorum (e *litt. del.) E* stupas (2) *Bn.b Bn.d D E* ebenum *V* hebenum (3) *O al.* thus (4) *D E* rubrica *(sup. scr.* l *litt.) T* choa *L V* 136 et piper *Bn.d* pi||esitiente *K* et sitiente (5) *P A B Bn.b Bn.d Eb Mn.a Pr.c Pr.d E V*

---

(1) Lectione ' saperdas ' usi sunt Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Hauthalius, Iahnius (1843), Buechelerus (1893), Owenius, alii ; ' saperdam ' Achaintrius, Weberus, Casaubonus (ed. Duebner. 1839), Duentzerus, Iahnius (1851.1868), Hermannus, Bucciarellius, Némethyus, alii. ante u. ' saperd.' omiserunt ' en ' Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, alii.

(2) ' stupas ' Walthardus et Achaintrius scripserunt ; ceteri ' stuppas '.

(3) ' hebenum ' legerunt Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Iahnius (1851. 1868), Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii ; ' ebenum ' Montius, Passowius, Achaintrius, Weberus, Hauthalius, Iahnius (1843), Duentzerus, Hermannus, Bucciarellius, alii.

cia quidem uobis uerba et humilia offerunt, sed astutam uulpem sub pectore seruant' Vincentius Pragensis, *annal.* p. 671, 27 sq. ed. Wattenbach, *mon. Germ. hist.* Pertz t. XVII (ss. t. XVII) 'simulat et dissimulat, et astutam gerit sub pectore uulpem' Io. Saresberiensis, *pol.* VII 21 p. 493, 35 sq. et p. 494, 1 **121** 'et licet in satiris recti semuncia, liuor, | uix haerere ualet stultis' *pass s. Arnulfi* 1085 sq. p. 125, 23 sq. **128** sq. 'uelut singillario motu superficiem intus agitante' Tertullianus, *de anima* 6, 2 p. 248, 6 t. II ed. Io. Lud. de La Cerda, Lut. Paris. 1630 **148** 'sessilis quibus depingitur obba' Ratherius Veronensis episc., *praeloq.* V 6 c. 291 *B*, 28 **149** sq. 'quae post aucta auidos sudat constanter aceruos' *carm. de s. Lucia* 164 p. 132, 16 **150** 'nec male ditescat sextante lucrando deuncem' Sext. Amarcius G. P., *serm.* III 825 p. 73, 20 **153** 'hoc quod loquimur, inde est' Cassiodorius, *uariarum* IX 21 p. 152 *a*, 42 t. I ed. l. **176** 'auctumat esse prebum palponum (1) laude probatus' Sext. Amarcius G. P., *serm.* IV 246 p. 87, 2 **181** 'lucernis uestibula enubilabant' Tertullianus, *apologet.* 35, 4 p. 176 ed. l.

---

(1) At 'palpo' in uersu Persiano laudato ablatiuus casus est e 'palpus' siue 'palpum' recto casu: cf. Plauti *Amphitr.* 526 (I 3, 28), *Pseud.* 945 (IV 1, 35); atque uide, sis, Buecheleri disputationem in *Rh. Mus.* t. XLII 1887 p. 472 ac Persianarum saturarum ed. III, Berol. 1893, p. 47 adnot. crit.; et adnotationes quas in Persii saturas scripsit Geyza Némethyus, Budapestini 1903, p. 299.

VI

AD CAESIVM BASSVM LYRICVM POETAM

Admouit iam bruma foco te, Basse, Sabino ?
iamne lyra et tetricae uiuunt tibi pectine chordae?
mire opifex numeris ueterum primordia rerum
atque marem strepitum fidis intendisse Latinae,
mox iuuenes agitare iocos et pollice honesto
egregius lusisse senex. mihi nunc Ligus ora
intepet hibernatque meum mare, qua latus ingens
dant scopuli et multa litus se ualle receptat
Lunai: pretium est operae cognoscere ciues;
cor iubet hoc Enni, postquam destertuit esse
Maeonides Quintus pauone ex Pythagoreo.
hic ego securus uolgi et quid praeparet auster
infelix pecori, securus et, angulus ille
uicini nostro quia pinguior; et si adeo omnes
ditescant orti peioribus, usque recusem
curuus ob id minui senio aut cenare sine uncto
et signum in uapida naso tetigisse lagoena.
discrepet his alius. geminos, horoscope, uaro
producis genio: solis natalibus est qui
tinguat olus siccum muria uafer in calice empta,
ipse sacrum inrorans patinae piper; hic bona dente
grandia magnanimus peragit puer. utar ego, utar,
nec rhombos ideo libertis ponere lautus,
nec tenuis sollers turdarum nosse saliuas.
messe tenus propria uiue et granaria, fas est,

emole. quid metuas? occa, et seges altera in herba est.
at uocat officium, trabe rupta Bruttia saxa
prendit amicus inops remque omnem surdaque uota
condidit Ionio, iacet ipse in litore et una
ingentes de puppe dei iamque obuia mergis
costa ratis lacerae: nunc et de caespite uiuo
frange aliquid, largire inopi, ne pictus oberret
caerulea in tabula. sed cenam funeris heres
negleget iratus, quod rem curtaueris; urnae
ossa inodora dabit, seu spirent cinnama, surdum
seu ceraso peccent casiae, nescire paratus.
« tune bona incolumis minuas? et Bestius urguet
doctores Graios: ' ita fit, postquam sapere (urbi
cum piper et palmis uenit) nostrum hoc maris expers
faenisecae crasso uitiarunt unguine pultes '.
haec cinere ulterior metuas.» at tu, meus heres
quisquis eris, paulum a turba seductior audi.
o bone, num ignoras? missa est a Caesare laurus
insignem ob cladem Germanae pubis, et aris
frigidus excutitur cinis, ac iam postibus arma,
iam chlamydas regum, iam lutea gausapa captis
essedaque ingentesque locat Caesonia Rhenos.
dis igitur genioque ducis centum paria ob res
egregie gestas induco. quis uetat? aude.
uae, nisi coniues. oleum artocreasque popello
largior. an prohibes? dic clare. «non adeo» inquis
« exossatus ager iuxta est.» age, si mihi nulla
iam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis
nulla manet patruis, sterilis matertera uixit,
deque auia nihilum superest, accedo Bouillas
cliuumque ad Virbi, praesto est mihi Mannius heres.
« progenies terrae? » quaere ex me quis mihi quartus

sit pater: haut prompte, dicam tamen; adde etiam unum,
unum etiam: terrae est iam filius, et mihi ritu
Mannius hic generis prope maior auunculus exstat.
qui prior es, cur me indecursum lampada poscas?
sum tibi Mercurius, uenio deus huc ego ut ille
pingitur. an renuis? uis tu gaudere relictis?
«deest aliquid summae.» minui mihi, sed tibi totum est
quidquid id est. ubi sit, fuge quaerere, quod mihi quondam
legarat Tadius, neu dicta: pone paterna,
faenoris accedat merces, hinc exime sumptus.
« quid reliqum est? » reliqum? nunc nunc inpensius surge!
ungue, puer, caules. mihi festa luce coquetur
urtica et fissa fumosum sinciput aure,
ut tuus iste nepos olim satur anseris extis,
cum morosa uago singultiet inguine uena,
patriciae inmeiat uuluae? mihi trama figurae
sit reliqua, ast illi tremat omento popa uenter?
Vende animam lucro, mercare atque excute sollers
omne latus mundi, ne sit praestantior alter
Cappadocas rigida pinguis plausisse catasta,
rem duplica. « feci; iam triplex, iam mihi quarto,
iam decies redit in rugam; depunge ubi sistam. »
inuentus, Chrysippe, tui finitor acerui.

EXPLICIT PERSIVS

Lectiones uariae

VI ad cestum bassum lycurium poetam *P* ad cesium bassum liricum poetam *L* hanc satiram scribit ad caesium bassum lyricum poetam *schol. Pers.* 6, 1 ode quinta *B* sexta satira de heredipetis *V* de securo in

V^a *D* in V^a de securo *E* 1 admonuit *Bn.b* 2 iam *Bn.b* tricae *P* tetricae (1) P^2 uiuit *Bn.d* chordae *om. A B : add.* $A^2 B^2$ cordae *L O* 3 innumeris *Mn.b* rerum (2) *P* uocum P^2 4 mare *Bn.b* se intend. *Charisius, art. gram.* I 15 *p.* 69, 20 *uol.* I *g. L. K.* latine *cod. Charisii N l. l.* 5 tum *pro* mox *Seruius, comm. in Aen.* I 306 *p.* 112, 26 *uol.* I *Th.* iuuenis *codd. Pompeii B C, comm. art. Don. p.* 163, 3 *uol.* V *g. L. K.* modos (*sup. scr.* iocos) *Bn.b* iocus *corr.* iocos *cod. Pompeii A l.l.* 6 aegrecius *P* aegregius *A B* egregius (3) *Bn.a T : cf. Bentl., ad Hor. carm.* I 4, 5 aegregios P^2 egregios *Eb* L^2 *O*

---

(1) ' tetrico ' omnes uu. dd. qui ediderunt saturas Persianas, scripserunt : ipse uero restitui ' tetricae ' ; uide, sis, quae de *Pers. sat.* 6, 2 scripsi, in *Rivista di filolog. class.* XXXII 1904 fasc. 2 p. 265 sq.

(2) Legerunt ' rerum ' Pithoeus, Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, ed. Bipontin., Reizius, Koenigius, Montius, alii; ' uocum ' Prateus, Walthardus, Passowius, Achaintrius, Weberus, Hauthalius, Casaubonus (ed. Duebner. 1839), Iahnius, Duentzerus, Hermannus, Bucciarellius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii: lectionem *P* restitui, quae locis Cic. *partit. orat.* 2, 7 et Lucret. I 55 nititur ; nam, ut Hauthalii sententiam ipsius uerbis reddam, « ' ueterum ' halte ich bei dieser Lesart nicht für so anstoessig wie Orelli und Andere [uid. Weberi ed. 1826 p. 58] ; denn unter ' res ueteres ' koennte man auch die alte Geschichte verstehen und die Anfaenge der Geschichte der Vorzeit würden dann nicht auf kosmogonische sondern auf theogonische Sagen zu beziehen sein. » *Beitraege* l. p. 442.

(3) ' egregius ' Reizius, Koenigius, Passowius, Iahnius, Duentzerus, Hermannus, Bucciarellius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii ; ' egregios ' Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Achaintrius, Weberus, Hauthalius, alii receperunt.

iussisse *A B* iussisse uel lusisse *Eb* senex (1) *P A B L*^{2} senes *P*^{2} ligur *V* hora *L* 7 hibernaque *P* hibernatque (2) *P*^{2} 8 reptat *Pr.a* recepit *Bn.a L V* 9 praetium (3) *P* portum *P*^{2} *A B* cognoscere (4) *P* cobnoscere *Bn.b* cognoscite *Bn.a Bn.d G Lr Mn.b Pr.b Pr.c Pr.d Pr.e al.* 10 enim *pro* enni *codd. Prisciani D G K R inst. gr.* X 8, 48 desterterit *Bn.b* destituit *(in ras.) Bn.a* deseruit (t *litt. superposita inter* s *et* e, *alt.* t *int.* r *et* u) *cod. Charisii N,*

---

(1) Habent ‘ senex ’ Hermannus, Bucciarellius, Buechelerus (1893), Albinius p. 369, Owenius, Némethyus, alii ; ‘ senes ’ ceteri.

(2) ‘ hybernatque ’ scripserunt Walthardus, Prateus, Montius, Achaintrius.

(3) Edd. omnes ‘ portum ’ receperunt : ipse lect. *P* ‘ pretium ’ restitui, quamuis Achaintrio (p. 165) ‘ lectio glossam redoleat ’.

(4) ‘ cognoscere ’ receperunt Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Weberus, Hauthalius, Duentzerus, alii, quos secutus sum ; ‘ cognoscite ’ Passowius, Achaintrius, Casaubonus (ed. Duebner. 1839), Iahnius, Hermannus, Bucciarellius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii. uersum 8um totum Ennianum existimauerunt Casaubonus, Walthardus, Montius, Achaintrius, Weberus, Hauthalius, Iahnius (1843), Hermannus, Bucciarellius, Owenius, Némethyus, alii : cf. reliquias Ennianas editas curis Vahleni u. 16, easdemque editas a Luc. Muellero u. 483 ; uide etiam, sis, quae scripsit Albinius, *per un verso di Ennio* (*Stud. it. di filolog. class.* uol. VIII 1900 p. 503 sq.) ; sed tantummodo uerba ‘ est operae, cognoscite, ciues ’ Ennio attribuerunt Baehrensius, *p. L. m.* uol. VI p. 61, Lps. 1886 ; Pascolius, *epos* Labr. 1897 ; Valmaggius, *Q. Ennio: i framm. degli ann.*, Aug. Taur. 1900, p. 5 fr. 9. Mihi uero uisum est sequi Schreuelium, Wetstenium, Prateum, ed. Bipontin., Passowium, Duentzerum, Iahnium (1851. 1868), Buechelerum (1893), alios, qui u. 8um nec litteris inclinatis expresserunt nec signis incluserunt, ut mos est uirrorum doctorum in laudandis alienis uerbis.

art. gram. I 15 *p.* 98, 7 *uol.* I *g. L. K.* destertui *cod. Probi B, cath.* III *p.* 39, 22 *uol.* IV *g. L. K.* ee *(lineola sup. scr.) pro* esse *cod. Charisii N l.l.* 11 meo. des (ni *sup. scr.*) *S p.* 30 *u.* 448 meonides *cod. Charisii N l.l. codd. Prisciani B D G H K L R inst. gr.* X 8, 48 menides *cod. Prisc. r l.l.* quinto *Charisius, art. gram.* I 15 *p.* 98, 8 *uol.* I *g. L. K.* quintus *codd. Prisciani B D G H K L R l.l.* pauonem *P A B S p.* 30 *u.* 448 pau*ne *cod. Prisc. K l.l.* pauone *cod. Prisc. k l.l.* et pau. *Bn.d* ex p—— *cod. Charisii N l.l.* pithagoreo *S p.* 30 *u.* 448 *codd. Prisc. G L l.l.* pytagoreo *O cod. Prisc. D l.l.* pitagoreo *cod. Prisc. B l.l.* pithagoraeo (1) *cod. Prisc. K l.l.* 12 enego *D E* uulgi (2) *Eb L* praeparaet (a *litt. del.*) *Bn.b* hauster *Eb* 14 uicino *Bn.b* uicini ‖ *D* si pinguior *D* pinguior quia *Eb* omnes et si (3) adeo *E* 15 ditestant *Bn.b* horti *(eras.* h *litt.) Bn.a* 16 obit *P A B* ob id *P*[2] senio minui *L* uncto *om. Bn.b* *sequitur in codd. Bn.a L uersus Iuuenalis* I 1, 57 17 (4) lagena (5) *Eb* laguena *Pr.c* 18 discrebat *S p.* 30 *u.* 449

(1) 'Pythagoraeo' parum diligenter scripserunt Prateus, p. 399, et Walthardus, p. 66.

(2) Lectio 'uulgi' grata Casaubono, Schreuelio, Prateo, Walthardo, ed. Bipontin., Montio, Passowio, Achaintrio, Webero, Hauthalio, Iahnio (1868), Hermanno, Bucciarellio, aliis fuit.

(3) Scripserunt 'et si' Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, Montius, Achaintrius, Hauthalius (qui scr. 'et, si'), Iahnius (1851), Duentzerus, Buechelerus (1893), Owenius, alii; 'etsi' Passowius, Weberus, Casaubonus (ed. Duebner. 1839), Iahnius (1868), Hermannus, Bucciarellius, Némethyus, alii.

(4) 'discrepit' per errorem scripsit Prateus, p. 401.

(5) 'lagoena' scripserunt Iahnius (1851. 1868), Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii; ceteri 'lagena'.

oroscobe *Bn.b* horoscop (p *litt. lineola subtus transfixa) S l.l.* 19 perducis *Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 274, 4 : *sed* producis *p.* 397, 3 20 tingat *D* tingat (u *litt. sup. scr.*) *E* tinguat (1) *Bn.a Bn.b Pr.a Pr.c Pr.e O al.* tingit *Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 344, 11 holus *Bn.a Bn.b Bn.d Pr.a Pr.d E Maius, l.l. p.* 344, 12 olus (2) (h *litt. sup. scr.) D* empta *om. Bn.b* 21 irrigans *Bn.b* patine *L* patene *Bn.d u.* 21um *om. Pr.a* 22 grandi *O* peragit *om. Lr* 23 rombos (3) *P Bn.a Bn.c L Mn.b Pr.b O (sup. scr.* uel scombros pisces) scombros *A B Bdl Bn.b Bn.d C Eb Lr Mn.a Pr.a Pr.d* lautis *A B* lauta *Bn.b* 24 et *pro* nec *Pompeius, comm. art. Don. p.* 161, 24 *uol.* V *g. L. K.* tenues (4) *Bn.b Bn.d L Pr.a Pr.c T Pompeius l.l. p.* 161, 25 teniues *Eb* tenuis (*sup. scr.* em) *Pr.d* turdorum (5) *P*^{2} *A B Bn.b Bn.d L Lr Pr.d T cod. Pompeii A l.l.* (*cum litur. sup.* o *litt.*) turdarum *(sup. scr. alt. m.* o *litt.) Mn.b* turdarum *ceteri codd. et optimi : [Sergius], explanat. in art. Don.* I *p.* 494, 22 *uol.* IV

(1) ' tinguat ' ap. Hauthalium, Iahnium (1851. 1868), Buechelerum (1893), Owenium, Némethyum, paucos alios inueni ; ap. ceteros ' tingat '.

(2) ' olus ' edd. fere omnes scripserunt : habes ' holus ' ap. Iahnium (1851. 1868) et Owenium.

(3) Edd. omnes ' rombos ' (emendate ' rhombos ') receperunt.

(4) ' tenues ' receperunt Achaintrius, Casaubonus (ed. Duebner. 1839), Hermannus, Bucciarellius, alii ; ' tenuis ' Iahnius (1851. 1868), Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii ; sed ' tenuem..,. saliuam ' scripserunt Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Orellius, Weberus, Hauthalius, Iahnius (1843), Duentzerus, alii.

(5) ' turdorum ' Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Weberus (sed ' turdarum ' in adnot. p. 59 u. 24) praetulerunt; ceteri ' turdarum '.

g. L. K. Pompeius l. l. p. 161, 25 *schol. Pers.* 6, 24 salinas *(sup.* ua *cum lin. sup.* a *litt.) Pr.d* **26** emule *Bn.a Bn.b Mn.b T al.* omule L^2 metuas (1) *P Pr.a D E* metuis *A B* tibi iam *pro* occa et *D* occa et *om. E* est *om. Bn.b* **27** a_* *P (erasa, ut uidetur,* t *litt.)* ast (2) P^2 *(in ras.) A B* brucia *Bn.b Bn.d Eb al.* brutia *L Pr.a Pr.d al.* brutica *G O (sup. scr.* uel brucia) **28** prendet *O* surdeque *Pr.b* **29** littore (3) *L* **30** ingentas *Bn.b* pute *pro* puppe *Eb* dei *om. Pr.a* onia *Bn.b* **31** (4) nauis *pro* ratis *Bn.d* **32** aliquod *Eb* nec *Pr.b Pr.e* **33** cerulea *L* heros *G* **34** rem *om. A B* **35** inodora *P S p.* 30 *u.* 450 inhodora A^2 inhonora (5) *A B* cynnama *S l.l.* timiama *(sup. add.* ul. balsama) *Lr* **36** cefaso *Bn.b* ceras opicent *A B* castae *P* caste *S p.* 30 *u.* 451 **37** tunc *Pr.e* incolomis *Bn.a L Mn.b Pr.b O* et (6) *P A B Bn.a Bn.b G Lr Mn.a*

---

(1) Lectionem ' metuas ' habent Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Achaintrius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii ; 'metuis ' Passowius, Weberus, Hauthalius, Casaubonus (ed. Duebner. 1839), Iahnius, Duentzerus, Hermannus, Bucciarellius, alii.

(2) Praeter Buechelerum (1893), Owenium, Némethyum, qui 'at' scripserunt, edd. omnes ' ast ' receperunt in textum.

(3) Ita scripserunt Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, Montius, Achaintrius, Duentzerus, alii ; sed ' litore ' inueni ap. ed. Bipontin., Passowium, Weberum, Hauthalium, Iahnium, Hermannum, Bucciarellium, Buechelerum (1893), Owenium, Némethyum, alios.

(4) 'caespite' habent Duentzerus, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, cet. ; ' cespite ' alii plurimi.

(5) Albinius, p. 372, solus, ut uidetur, ' inhonora ' recepit.

(6) ' et ' habent Casaubonus (1647), Prateus, Passowius, Iahnius, Duentzerus, Hermannus, Bucciarellius, Buechelerus (1893), Albinius p. 372, Owenius, Némethyus, alii ; ' sed ' Schreuelius,

Mn.b Pr.a Pr.d sed *pro* et P^2 *O* urget (1) *Eb L Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 71, 33 38 ductores *Pr.e* 39 piper (2) *P A B* pipere P^2 *Lactantius, diu. inst.* III 16 *p.* 231, 2 uenit *om. Mn.b* hoc nostrum *G O cod. Achaintrii* hoc *(eras.) Lr* et maris *cod. Achaintrii* 40 feniceae (3) *Pr.a* foenisecae *L*

Wetstenius, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Achaintrius, Weberus, Casaubonus (ed. Duebner. 1839), alii ; ' set ' Hauthalius.

(1) ' urguet ' scripserunt Hauthalius, Iahnius (1851. 1868), Buechelerus (1893), Owenius ; ceteri ' urget '.

(2) Versus 38-40, ut lectio *P A B* ' piper ', fide digna, in textu seruetur, puto nobis sic legendos esse: ' ita fit, postquam sapere (urbi | cum piper et palmis uenit) nostrum hoc maris expers | faenisecae crasso uitiarunt unguine pultes '. est enim poetae sententia, nisi me fallit, haec, quam ex uerborum consecutione Italica exscribo : ' ita fit, postquam pultes faenisecae *(cas. interrogandi, quem genetiuum grammatici uocant, num. singul.)* uitiarunt unguine crasso hoc nostrum sapere maris expers, cum piper uenit etiam palmis urbi ' ; atque in sermonem patrium conuerto : « così avviene, posciachè, da quando ne venne il pepe in città anche tra le palme (h. e. « da vittorioso, in trionfo » ex Ciceronis * et aliorum sententia de uocis ' palma ' ui) le poltiglie di fienaiuolo guastarono con grassi condimenti questo nostro gusto casalingo » (' maris expers ' h. e. « semplice, alieno dalle ricercatezze d' oltremare »).

(3) 'foenisecae ' scripserunt Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Achaintrius, Weberus, Hauthalius, Duentzerus, Hermannus, Bucciarellius, Albinius p. 372, alii ; ' faenisecae ' Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii ; ' fenisecae ' Iahnius (1868); ' fenisicae ' Iahnius (1851).

---

* Cf. Cic. *de or.* III 35, 143 ; *Brut.* 47, 173 ; *p. Rosc. Am.* 6, 17 ; *Phil.* XI 5, 11 ; *ad Att.* IV 15, 6 ; *Cat. m.* 6, 19 ; cet. uox ' palmis ' potest etiam intellegi « coi remi », « su navi piccole mosse da remi »; nam ' palma ' remi pars ima latior, ex Catulli (*carm.* 64, 7) aliorumque sententia, uocatur.

foenificae *Eb* crassa *P A B Bn.a T* inguine *Bn.d* **41** hic *A B* hoc *Pr.a* cinerem *Pr.a* cineri *A* [2] cecinere *Bn.a* meridi *pro* cinere *A* meride *B* an *pro* at *Bn.a* **42** quidquis *Eb* **43** non *corr.* num *Mn.a* missae *pro* missa est *Pr.b* **44** pupes *Bn.b* puppis *Bn.a Mn.b Pr.d (sup. scr.* b *litt.)* et ex aris *Mn.b* **45** ciuis *Pr.a* ac *om. Bn.a Pr.a* **46** clamidas (1) *L* clamidaes *Bn.a* clamides *O codd. Prisciani B D H K R inst. gr.* VII 11, 55; *et codd. Prisciani D H R inst. gr.* VII 15, 74 chlamides *codd. Prisc. G K L inst. gr.* VII 15, 74 clamydes *cod. Prisc. B inst. gr.* VII 15, 74 diomides *codd. Prisc. G L inst. gr.* VII 11, 55 regnum (n *litt. del.) cod. Prisc. D inst. gr.* VII 15, 74 iam *om. codd. Prisc. G K L inst. gr.* VII 11, 55 luceo *Bn.b* gaussapa *(alt.* s *litt. del.) cod. Prisc. R r inst. gr.* VII 15, 74 captis *P codd. Prisc. D R inst. gr.* VII 11, 55 captis (*sup. scr.* uic) *Pr.d* capis *codd. Prisc. G K L l. l. et codd. Prisc. K L inst. gr.* VII 15, 74 capitis (*alt.* i *litt. del.*) *cod. Prisc. H inst. gr.* VII 11, 55 pictis *cod. Prisc. B l.l.* uictis P^2 *A B Bdl Bn.b Bn.d C Eb Mn.a Pr.c* **47** caenosia *Bn.a* remos *(corr.) Mn.b* **48** diis (2) *V* loci *pro* ducis *V* paria *om. P; add. mg.* P^2 patria *A B* **49** egregio *Bn.b* egregia *O* induto *(sup. scr.* c *litt.) Mn.a* in luto *Eb* et quis *Bn.b* **50** ue *L cod. Prisciani D inst. gr.* IX 8, 43 uenisi *cod. Prisc. R l.l.* uaenisi, uenisse *codd. Prisc. G K L l. l.* si *pro* nisi *Bn.a Mn.a T* conniues (3) *Bn.a Mn.a T V Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 377, 7 coniues *Priscianus, inst. gr.* IX 8, 43

(1) ' chlamydas ' receperunt Prateus, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus ; ceteri ' chlamydes '.

(2) ' diis ' praetulerunt parum accurate Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin.

(3) Edd. omnes scripserunt ' conniues ' praeter Iahnium (1851.

p. 479, 9 *uol.* II *g. L. K.* conuiues (1) *Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 9, 18 conilles *Pr.c* commucas *Bn.d* oleuo *codd. Prisciani G K L l.l.* ortocreasque *Bn.b* orto creasque *cod. Prisc. K l.l.* artocreas quae *cod. Prisc. H l.l.* arto creasque *cod. Prisc. L l.l.* arthocrasque *O* **51** largior *P Priscianus, inst. gr.* IX 8, 43 *p.* 479, 10 *uol.* II *g. L. K.* largiar *A B* haud audeo (2) *Pr.c* haut audeo *V* haut aud'o *Bn.b* haut adeo *(sup. scr.* u *litt.) G* non audeo *Bn.d Eb L Lr Mn.a Mn.b Pr.a Pr.b Pr.d Pr.e schol. Pers.* 6, 52 nam audio *O* non adeo *Bn.a T cett.* dicis *pro* inquis *V* **52** iusta *Bn.b* **54** patruis (3) *P Bn.b* martertera *O* **55** denique *Bn.b* acceda *A* accede *B* uouillas *Bn.a Pr.b Pr.e* bouillas *Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 69, 21 **56** (4) uerbi *P (corr. P²) Pr.a* uirbii *L O* posito *Pr.a* est *om. Bn.a L; add. L²* mannius (5) *P A B Bn.b Eb L Lr Mn.b Pr.b Pr.e O* ma*nnius* (nnius *in ras.) P²* magnius *Bn.d* manius *schol. Pers.* 6, 56 **58** haud (6) *Eb L* haut *Mn.a Pr.d al.* promte (7)

1868), Buechelerum (1893), Owenium, Némethyum, paucos alios, qui 'coniues' receperunt.

(1) 'conuiues' legitur in Casauboni *comm.* ed. 1647 p. 495.

(2) 'audeo' tantummodo Hauthalius scripsit, ceteri 'adeo'.

(3) Edd. omnes 'patrui' receperunt; sed lect. *P* 'patruis' in textum restituenda est, quae, mea sententia, animi poetae sensum apertissime exprimit: '(si) proneptis | nulla manet patruis (*sc.* meis)', quae ea de re mecum cognatione coniuncta sit, cet.

(4) 'cliuomque' Duentzerus scripsit.

(5) Lectionem 'Mannius' restitui, cuius auctores habeo plurimos et optimos codd.

(6) 'haut' scripserunt Hauthalius, Duentzerus, Iahnius (1851), Buechelerus (1893), Owenius; ceteri 'haud'.

(7) 'promte' habent Casaubonus (ed. 1647 p. 21) et ed. Bipontin. p. 25; ceteri 'prompte'.

L **59** unde et *Bn.d* si terrae *P* est etiam *L* ritum *P* tecum *A B* **60** mannius: *uide u.* 56 maximus *Bn.b* geris *Eb* auinculus *Eb* exstat (1) *P* exit P^2 *A B* **61** (2) indecursum (3) *P O* lampida *Bn.b* lampa deposces *Pr.a* poscas (4) *P Bn.a Bn.b L Pr.b Pr.c Pr.d Pr.e T O* poscis P^2 *A B* **62** cum *L* uenio tibi *Bn.b* *u.* 62um *om. Pr.a* **63** pinguitur *Bn.b Pr.c* rennuis *L* rennius *Mn.b* uis (5) *P Pr.a T* uin *A B* uins *C* uis (*add.* uin) *Bn.b Pr.c* **64** deest (6) *P V* des *A B* sume *L* est *om. Bn.b* **65** huic quid idem ubi *Bn.a* condam *Pr.b* **66** legerat *G Mn.b* tadius (7) *Bn.d*

---

(1) ' exstat ' ap. Schreuelium, Wetstenium, Buechelerum (1893), Owenium ; ' extat ' ap. Montium ; ap. ceteros ' exit ' inueni.

(2) ' prior est ' scripserunt inepte Schreuelius (1664) et Wetstenius : uid. quae de uerbis ' qui prior es, cur me ' cet. animaduertit Io. B. Pius in *adnot.* c. 113 ap. Gruterum, *lamp. crit.* t. I p. 514.

(3) Edd. omnes ' in decursu ' habent; ego uero lect. *P* ' indecursum ' recepi, nam uerba ' me indecursum ' idem sonant quod ' me non percursum, me cursu non peractum, me non confectum corporis morbo uel senectute, me uiuum '.

(4) ' poscas ' receperunt Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Achaintrius, Hermannus (cf. eius *lect. Pers.* III p. 33), Bucciarellius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii ; ' poscis ' Prateus, Passowius, Weberus, Hauthalius, Casaubonus (ed. Duebner. 1839), Iahnius, Duentzerus, alii.

(5) Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus ' uis ' scripserunt ; ceteri ' uin '.

(6) Edd. omnes lect. *P* ' deest ' seruauerunt, praeter Iahnium (1868), Buechelerum (1893), Owenium, Némethyum, alios, qui 'dest' habent.

(7) ' Tadius ' edd. omnes scripserunt, praeter Passowium, Weberum, Hauthalium, Iahnium (1843), qui ' Stadius ' praetulerunt.

Mn.a Pr.c Pr.e T O al. cadius *A B: corr. B*² stadius *V* stagius *Mn.b* staius *Bn.b* nec *Pr.c* pone (1) *P A B Bn.a Eb G L Mn.b* oppone *Pr.b Pr.e* repone *L*² *V* paternu *Bn.a* **67** sumtus (2) *Eb L* sumptus *O* **68** quod *Bn.a* reliquum (3) *Eb L al.* inpensius (4) *O al.* iam pensius (5) *L Mn.b* iam impensius *Bn.a* ungue (6) *Bn.a Mn.a Mn.b Pr.a Pr.b Pr.d* angue *A B* surge *P* **69** calles *Bn.b* coquetur (7) *P A B Lr Pr.c Pr.d O V* quo quetur *Pr.b* coquatur *Eb* coqatur *(lineola sup.* q *add.) S p.* 30 *u.* 452 quoquatur *Mn.b Pr.a* **70** ustica *Pr.a* fixa *Bn.b Bn.d* scissa *cod. Prisciani Matth. de accent.* 3, 35 *ex ed. Krehliana uol.* II *p.* 376, 10 formosum *cod. Prisc. Matth. ex ed. Krehl. l.l.* formonsum *cod. Phocae f art. de nom. et uerb.* II *p.* 421, 30 *uol.* V *g. L. K.* fomosum *cod. Phocae F l.l.* cinciput *Bn.b* sincuput *cod. Phocae*

---

(1) Lectione ' pone ' Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus; ' oppone ' Schreuelius, Wetstenius, Iahnius (1851. 1868); ' repone ' ceteri usi sunt.

(2) ' sumtus ' habent Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, ed. Bipontin., Weberus, Iahnius (1843); ceteri ' sumptus '.

(3) ' reliqum ' Iahnius (1851), Buechelerus (1893), Owenius; ' reliquom ' Duentzerus; ' reliquum ' ceteri scripserunt.

(4) Inueni ' inpensius ' ap. Iahnium (1851. 1868), Buechelerum (1893), Owenium; ' impensius ' ap. ceteros.

(5) ' iam pensius ' scripsit Hauthalius, p. 66.

(6) Lectionem ' ungue ' habes ap. Hauthalium, Iahnium (1851. 1868), Buechelerum (1893), Owenium, Némethyum; ap. ceteros ' unge ': nemo lect. *P* ' surge ' praebet, quae mihi ad rem aptior uidetur; quam ob rem in textum eam recepi. satis enim crebrae repetitionis est in uerbis ' reliqum reliqum ', ' nunc nunc ', ne alia repetitio ' ungue ungue ' peropportuna uideatur.

(7) Lectio ' coquetur ' ab Iahnio (1851.1868) recepta est; ceteri et Iahnius ipse (1843) ' coquatur ' scripserunt.

P l.l. **71** tuis hic *A B* tuus hic *Lr* tu sista *P* anxeris *Bn.b* exstis *V* **72** singulciet *O* singultet *Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 355, 22 singultiat (1) *G V* unguine *Pr.c* in inguine *Maius, class. auct. t.* VIII *l.l.* **73** matronae (2) immeiere *Probus, cath.* III *p.* 36, 4 *uol.* IV *g. L. K.* tumeant *pro* inmeiat *O* uolue (3) *L* . uuluae *Probus, cath. l.l.* tramma *O* trama (*lineola circumflexa scr. sup. alt.* a *litt.*) *cod. Seruianus L comm. in Aen.* III 483 figura *codd. Seru. omnes l.l.* **74** est *pro* sit *codd. Seru. omnes l.l.* at *Bn.d Pr.d (sup. scr.* s *litt.)* ille *Bn.d* tremit *Maius, class. auct. t.* VIII *p.* 424, 2 tumet *Maius, l. l. p.* 395, 5 tramata mento *cod. Seru. L l.l.* tramato mente *cod. Seru. H l.l.* omento pauentur *A B: corr.* A^2 popa pinguis uenter *Bn.d* ast .... uenter *om. codd. Seru. C F l.l.* **76** ne (4) *P V* nec *A B Bn.d Mn.b Pr.a Pr.c* **77** capadocas *O S p.* 30 *u.* 454 pinguis rigida *Bn.b* pingues (5) *Eb L* pauisse (6) *A B* plausisse *Bn.d G Mn.a Pr.e T S l. l. schol. Pers.* 6, 77 *al.*

---

(1) Edd. omnes ' singultiet ' receperunt, praeter Passowium, cui gratum ' singultiat ' fuit.

(2) ' patritiae ' pro ' patriciae' scripserunt Prateus, Montius, alii.

(3) Legerunt ' uoluae ' Duentzerus et Iahnius (1851).

(4) ' ne ' receperunt Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Weberus, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii ; ' nec ' Achaintrius, Hauthalius, Duentzerus, Iahnius (1851. 1868), Hermannus, Bucciarellius, alii.

(5) ' pinguis ' habent Iahnius (1851. 1868), Buechelerus (1893), Owenius ; ceteri ' pingues '.

(6) Seruarunt ' pauisse ' Lubinus, Wedderburnus, Montius, Achaintrius, Weberus, Hauthalius, Iahnius (1843) ; ceteri ' plausisse' habent, quod per errorem ' plaussisse ' Walthardus scripsit.

plausisse (*sup. scr.* pauisse) *Pr.c* clausisse (1) *Bn.a L Pr.b Fr.d* clausisse (*sup. scr.* pauisse) *O* catastas *S l.l.* **79** (2) redit in rugam decies (3) *O* rugas *H* depinge (4) *Bdl Bn.a Bn.b Bn.d Eb Lr Mn.b Pr.e V* depingue *Mn.a Pr.a* depunge *codd. ceteri* **80** iuentus *P A B: corr.* P^2 A^2 chrisippe *L O V* crispe *Pr.b* tui *om. Pr.a* explic*u*it (u *litt. del.*) persius | thebaidorum satura (satyra P^2) | feliciter utere | semper felix *P* persii flacci satyrarum explicit. uita eiusdem *A* persi flacci satyrarum | explicit feliciter. uita eiusdem *B* explicit uersus de philomela *L* finit collecta (*lin. circumfl. sup.* a *litt. add.*) ab psio (p *litt. lineola subtus transfix.*) poeta *Mn.c*

Coniecturae

1 (5) **2** (6) ' iamque...trito ' pro ' iamne...tetricae ' coniecit Guyetus **6** (7) ' Liguris ora ' pro ' Ligus ora '

---

(1) « ' clausisse '..... h. l. nihili est, et ex ' plausisse ' calami uitio profectum uidetur » sic admonet Weberus, p. 61.

(2) De u. 79° A. Palmerus disputauit in *Class. Rev.* VIII 1894 n. 10 p. 449.

(3) ' deciens ' scripsit Iahnius, ed. 1868 p. 34.

(4) ' depinge ' praetulerunt Passowius, Achaintrius, Hauthalius, Iahnius (1843), Duentzerus, Hermannus, Bucciarellius, Casaubonus (tantummodo in *comm.* ed. 1647 p. 514, ed. 1839 p. 340); ceteri ' depunge '.

(5) In extremo uersu interrogandi signum omisit Achaintrius.

(6) Hauthalius, Duentzerus, Albinius p. 369, Némethyus, alii interrogandi signum in extremo uersu non posuerunt.

(7) Interrogandi signo post ' senex ' (' senes ') Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, ed. Bipontin., Montius, Achaintrius, Weberus, Hauthalius, Iahnius (1843), Albinius p. 369, Némethyus, alii interpunxerunt.

G. Canterus, *nou. lect.* VII 20: uid. Iahnii ed. 1843 p. 61 7 ' hiberno atque ' pro ' hibernatque ' Hauthalius, *Beitraege* l. p. 60 et p. 448 8 (1) 9 (2) ' Lun. portum est pretium cognoscere ' Aurelianensis (Dorleans), *ad Tac. ann.* I p. 141 ' opere ' pro ' operae ', fortasse per errorem, scripsit Walthardus, p. 66 10 ' quum destitit ' pro ' postquam destertuit ' Putschius in ed. Charisii *art. gram.* p. 75 11 (3) ' exul Pythagoreo ' ed. princ. Neap. 1532 Charisii *art. gram.* I 15 12 ' ago ' pro ' ego ' Lemonnierus abbas, Lemairius ' uulgo ' pro ' uolgi ' Schreuelius, 1664 p. 596, et ed. Amstelaedamensis Henr. Wetstenii p. 104 13 (4) 22 (5) 26 'en' pro 'et' Britannicus, Achaintrius, alii (ex codd.?):

---

(1) Edd. omnes distinxerunt in extremo uersu 8°: ego u. 'Lunai' cum enuntiato ' multa l. s. u. receptat ' arte coniunxi.

(2) Ante ' ciues ' distinctionem minimam omisi, qua re unum idemque sentio, quod Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, Iahnius (1843); nam, mea sententia, ' ciues ' non est casus uocandi qui dicitur, sed arte coniungitur cum u. ' cognoscere'; qua re poetae sententiam in sermonem patrium sic conuerto: «vale la spesa, merita il conto che i cittadini ciò sappiano [ossia la bellezza ed il tepore delle coste liguri durante la fredda stagione] ».

(3) Distinctionem omisi, quam edd. omnes praeter Schreuelium, Wetstenium, Prateum, Walthardum, Montium, Achaintrium, inter uocabula ' Maeonides ' et ' Quintus ' expresserunt; etenim de Persii sententia credibile est Ennium sibi nomen dedisse ' Quintum Maeonidem ' uel grauiter ' Maeonidem Quintum' : cf. Hor. *epist.* II 1, 50.

(4) De uerborum ' securus et ' interpunctione, qui saturas Persianas ediderunt, inter sese discrepuerunt; nam ' securus ; et ' Némethyus; ' securus, et ' Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Duentzerus; ' securus et,' Hauthalius, Casaubonus (ed. Duebner. 1839), Buechelerus (1893), alii interpunxerunt: omnino interpunctionem omiserunt Prateus, Passowius, Achaintrius, Weberus, Iahnius (1851. 1868), Hermannus, Bucciarellius, alii.

(5) In extremo uersu 22° interrogandi signum sine causa ed. Bipont. 1785 p. 24 praebet.

'en' in hac uerborum coniunctione uix ferendum scripsit Weberus, ed. 1. p. 59 **27** 'aduocat' pro 'at uocat' legi in P. Danielis *uariis lectt.* et in ed. Iahniana 1851 p. 34, adnot. ad u. 27, quae codici *C* uel *P* lectionem falso attribuit: eadem coniectura apparet in *notes on Persius* Morris H. Morgani, *Class. Rev.* III 1889 p. 11 **30** 'squalentes' Koenigius, 'lugentes' censor quidam K. F. in *Heidelberg. Jahrbb. für Philologie* 1814 II p. 1034, pro 'ingentes' coniecerunt: uid. Weberi ed. 1826 p. 59; Iahnii ed. 1843 p. 64 **34** (1) **37-40** Hermannus dubitat an hi uersus posterius ad hunc locum accesserint: uid. eius praefationem ed. 1879 p. XVI scriptam a. 1854 **37** Rud. Sinnerus uersus 41[i] uerba 'haec cinere ulterior metuas' huc transtulit et uerba 'tune bona incolumis minuas' ad u. 37[um] pertinentia, uersui 41[o] dedit: (2) et Sinneri coniecturam secuti sunt Hermannus, Iahnius (1868), Bucciarellius; Walthardus tantummodo in adnotat. p. 177, quia « ce changement » inquit « étant une espèce d' attentat contre le respect dû aux manuscrits, je ne l' ai point inséré dans le texte » 'en' pro 'et' Marcilius **37-38** (3) **39** (4) 'ue-

(1) 'negleget, iratus quod' interpunxerunt Casaubonus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Achaintrius, Iahnius (1851. 1868), Hermannus, Bucciarellius, Albinius p. 372, alii.

(2) De hac coniectura disputauerunt Hermannus, *lect. Persian.* II p. 61, et Buechelerus, *der Text des Persius* p. 458.

(3) Verba 'et Bestius urguet | doctores Graios' poetae, non ei qui cum poeta colloquitur, attribuerunt Passowius, Weberus, Hauthalius, Casaubonus (ed. Duebner. 1839), Iahnius (1851. 1868), Hermannus, Bucciarellius, Nencinius p. 300, Némethyus, alii. praeterea in uersu 38[o] interpunxerunt 'fit, postquam' Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, Prateus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Achaintrius, Weberus, amicus quidam Frid. Plumii (uid. Iahnii ed. 1843, *add. et corrig.* p. 402), Iahnius, Hermannus, Bucciarellius, Albinius p. 372, alii; 'fit; p.' Hauthalius, Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus; 'fit: p.' Casaubonus (ed. Duebner. 1839); 'fit. p.' Duentzerus: interpunctionem Walthardus omisit.

(4) Interpunxerunt 'pipere, et palmis' Casaubonus (1647),

strum ' pro ' nostrum ' Bentleyus, *ad Hor. epist.* I 15, 37 e cod. ant.: cf. cod. Lunaeburgensem. Reizius coniecturam in textum recepit ' mare citra ' pro ' hoc maris expers ' Guyetus 41 (1) ' ulteriore ' Casaubonus ed. 1647 p. 21; sed ' ulterior ' in *comm.* p. 490 42 ' es, a turba paullum ' pro ' eris, paulum a turba ' I. Lipsius, *Saturnal. serm.* I 8 p. 893, 18 t. III Vesaliae 1675 ' seducior ' pro ' seductior ' per errorem scripsit Montius, p. 648 47 'rhedas' pro 'Rhenos' Aurelianensis (Dorleans), *ad Tac. ann.* II p. 244 ' Remos ', ' Rhemas ', ' ingentemque ... Rhenum ' pro eadem uoce ' Rhenos ' Koenigius 49 ' indico ' pro ' induco ' I. Lipsius, *Saturnal. serm.* I 8 p. 893, 20 t. III ed. l.; Heinsius, *ad Ouid. fast.* V 145 50 (2) 51 ' an prohibes? clare. non audeo, inquis. '

Schreuelius, Wetstenius, ed. Bipontin., Weberus; ' uenit; nostrum ' amicus laud. Plumii; ' uenit, n. ' Iahnius (1851. 1868), Hermannus, Bucciarellius, Albinius p. 372; ' uenit n. ' ceteri; 'hoc, maris ' Schreuelius, Wetstenius, Achaintrius, Montius, amicus laud. Plumii; ' expers: ' Montius, Passowius, Weberus, Iahnius (1843); ' expers; ' Iahnius (1851. 1868), Hermannus, Bucciarellius, Albinius p. 372; ' expers, ' ceteri praeter Prateum, qui interpunctionem omisit. de uerborum ' maris expers ' ui disputauit Ios. Sornius, *die Sprache des satirikers Persius* cet. supra laud.

(1) Iuxta ' metuas ' interrogandi signum posuerunt Casaubonus (1647), Schreuelius, Wetstenius, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Achaintrius, Weberus, Hauthalius, Iahnius (1843. 1851), Duentzerus, Albinius p. 372, Némethyus, alii; admirandi signum Casaubonus (ed. Duebner. 1839). uerba ' haec cin. ult. metuas ' poetae attribuunt Passowius, Weberus, Hauthalius, Casaubonus (1839), Iahnius (1843. 1851), Némethyus, alii.

(2) Admirandi signo u. ' coniues ' (' conniues ') clauserunt Passowius, Weberus, Hauthalius, Casaubonus (1839), Iahnius, Duentzerus, Hermannus, Bucciarellius, alii.

suspicatus est Achaintrius, ed. 1812 p. 175 adnot. u. 51 ‘an prohibes? « — » dic clare hoc! « audeo! » (uel audeon?) — inquis? —’ coniecit Hauthalius, *Beitraege* l. p. 64 et pp. 464-472 ‘non ausim’ pro ‘non adeo’ Io. Britannicus: uid. Weberi ed. 1826 p. 61; Iahnii ed. 1843 *add. et corrig.* p. 402 (1) **52** (2) **54** (3) **58** (4) **64** ‘toto’ pro ‘totum’ Schreuelius, ed. 1664 p. 602 **65** (5) **66** (6) ‘Tatius’ pro ‘Tadius’ Marcilius **69** (7) **70** ‘scilla’ pro ‘fissa’ Krehlius

---

(1) In extremo uersu 51° Casaubonus, Walthardus, Passowius, Weberus distinxerunt.

(2) Verba ‘exossatus ager iuxta est’ iidem uu. dd., quos supra laudaui, poetae attribuerunt. uir doctus quidam in *Class. Journal* VIII p. 177, laud. ab Iahnio (1843 p. 66) hunc locum interpunxit: ‘non adeo, inquis, | exossatus ager. « iuxta est, age cet. »’

(3) ‘manet: patrui’ Prateus; ‘manet, patrui’ Schreuelius (1648. 1664), Wetstenius, alii interpunxerunt. ‘non male’, scripsit Casaubonus in *comm.* p. 330 ed. 1839, ‘ut per patrui materteram quam remotissima cognatio intellegatur’. sed haec inepte, ut opinor; est enim ‘patrui matertera’ eadem quae ‘patris matertera’ h. e. soror matris eadem propinqua cognatione coniuncta et cum patre et cum patruo; qua de re, si quid hic coniciendum sit contra lectionem *P*, melius existimo scribendum esse: ‘proneptis | nulla manet, *patris* sterilis matertera uixit’.

(4) ‘dicam. tamen adde’ interpunxit Achaintrius, ed. 1812 p. 177.

(5) Ante u. ‘fuge’ Prateus et Owenius interpunctionem omiserunt.

(6) In extremo uersu 66° Schreuelius, Wetstenius, Duentzerus, Iahnius (1868) distinxerunt; signum (:) posuerunt Casaubonus, Prateus, Walthardus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, Achaintrius, Weberus, Hauthalius, Iahnius (1843. 1851), Hermannus, Bucciarellius, alii.

(7) ‘ungue, puer, caules mihi! festa l. c.’ interpunxit Hauthalius, p. 66. haud scio an per errorem Bucciarellius, p. 63,

in ed. Prisciani uol. II p. 376 adnot. ' spumosum ' (1) pro ' fumosum ' P. Pithoeus : uid. Iahnii ed. 1843 *add. et corrig.* p. 402; Duentzeri ed. 1844 p. 76; sed male in u. 71° laudatur **71** (2) **73** (3) **74** (4) **77** (5) ' rigidos pingui plausisse ' Ios. Scaliger ap. Tornorupaeum; 'rigidos pingui pauisse' idem, *ad. Propert.* ed. 1600 p. 269: uid. Iahnii ed. 1843 p. 68 **78** 'quartum' pro 'quarto' Guyetus **79** (6) ' in bulgam ' pro ' in rugam ' Reidius: uid. Owenii ed. adnot. ad u. 79 ' sistat, | inuentus ' pro ' sistam. | inu. ' Pinzgerus, in *Jen. litt. Zeitung* 1822 n. 199 p. 133 : improbauit Weberus, p. 62

Testimonia

4 ' fidis [se] intendisse Latinae ' Charisius, *art. gram.* I 15 p. 69, 20 uol. I *g. L.* K. **5** ' tum iuuenes agitare iocos ' Seruius, *comm. in Aen.* I 306 p. 112, 26 sq. uol. I fasc. 1 Th. ' mox iuuenes agitare iocos ' Pompeius, *comm. art. Don.* p. 163, 2 sq. uol. V *g. L.* K.

---

scripserit ' sumptus ? ' (u. 67) et ' caules ? ' (u. 69) ; nam eius exemplar Hermannianum loc. laud. admirandi signum praebet.

(1) Hanc coniecturam in textum Persianum receperunt Schreuelius et Wetstenius.

(2) ' nepos olim, satur ' interpunxerunt Passowius, Hauthalius, alii.

(3) Interrogandi signum u. ' uuluae ' non addidit Probus, *cath.* III p. 36, 4 uol. IV *g. L.* K.

(4) Maius, *class. auct.* t. VIII p. 395, 5 et p. 424, 2 in extremo uersu 74° interrogandi signum omisit.

(5) Casaubonus (1647), Schreuelius, Prateus, ed. Bipontin., Montius, Passowius, alii in extremo uersu 77° distinxerunt; Hauthalius admirandi signo usus est.

(6) ' sistam, | inu. ' interpunxerunt Schreuelius, Wetstenius, Walthardus: in extremo uersu 79° interpunctionem omisit Prateus.

10 sq. ‘ cor iubet hoc Enni, postquam destertuit esse | Maeonides, Quintus pauone ex Pythagoreo ’ Priscianus, *inst. gr.* X 8, 48 p. 537, 12 sq. uol. II *g. L.* K. (ed. Krehl. uol. I p. 506, 11 sq.) ‘ postquam destertuit esse | Maeonides quinto pauone ex P*ythagoreo* ’ Charisius, *art. gram.* I 15 p. 98, 7 sq. uol. I *g. L.* K. 10 ‘ postquam destertuit esse ’ Probus, *cath.* III p. 39, 22 uol. IV *g. L.* K. 18 sq. ‘ geminos horoscope uaro | producis genio ’ Io. Saresberiensis, *pol.* I 12 p. 38, 33 ‘ g. h. uaro | p. g.’ Petrus Blesensis, *fragm. libri de praest. fort.* p. 596 *a*, 53 sq. ed. l. ‘ g. h. u. | perducis g.’ Maius, *class. auct.* t. VIII p. 274, 3 sq. ‘ horoscope uaro | producis genio ’ Maius, t. l. p. 397, 3 20 ‘ tingit holus siccum muria uafer ’ Maius, t. l. p. 344, 11 sq. 24 ‘ et tenues turdarum nosse saliuas ’ Pompeius, *comm. art. Don.* p. 161, 24 sq. uol. V *g. L.* K. 26 ‘ occa, et seges altera in herba est ’ Maius, t. l. p. 396, 16 sq. 37 sq. ‘ et bestius (1) urget | doctores graios ’ Maius, t. l. p. 71, 33 38 sq. ‘ postquam (inquit) sapere urbi | cum pipere et palmis uenit ’ Lactantius, *diu. inst.* III 16 p. 231, 1 sq. t. I 46 ‘ iam chlamydes regum, iam lutea gausapa captis ’ Priscianus, *inst. gr.* VII 11, 55 p. 333, 6 et VII 15, 74 p. 350, 23 uol. II *g. L.* K. (ed. Krehl. uol. I p. 328, 10 et p. 342, 12) 48 sq. (2) 50 sq. ‘ uae, nisi coniues ! oleum artocreasque (3) popello | largior ’ Priscianus, *inst. gr.* IX 8, 43 p. 479, 9 sq. uol. II *g. L.* K. (ed. Krehl. uol. I p. 459, 20 sq.) 50 ‘ uae (inquit) nisi conuiues oleum artocreasque popello ’ Maius, t. l. p. 9, 18

(1) Cf. Vualtheri Spirensis *uit. et pass. s. Christoph. mart.* VI 7 p. 88, 15 ‘ bestius ille ’.

(2) V. 48um sq. laudat Iustus Lipsius, *Saturnal. serm.* I 8 p. 893, 19 sq. t. III ed. l.

(3) ‘ artocreas ’ inueni ap. Sex. Amarcium G. P., *serm.* II 502 p. 38, 27 : ‘ qui pasci artocreis uelit apto pollice tortis ’.

sq. ' uae nisi conniues ! oleum artocreasque popello ' Maius, t. l. p. 377, 7 sq. **55** ' accedo bouillas ' Maius, t. l. p. 69, 20 sq. **56-59** ' praesto est mihi Manius haeres, | progenies terrae, quaere ex me quis mihi quartus | sit pater, haud prompte dicam tamen, adde etiam unum, | unum etiam, terrae est iam filius ' Politianus, *miscell.* cent. I 18 p. 241, 28 sqq. **70** ' et fissa fumosum sinciput aure ' Phocas, *art. de nom. et uerbo* II p. 421, 30 uol. V *g. L.* K. Priscianus, *de accent.* 3, 35 p. 526, 9 uol. III *g. L.* K. (ed. Krehl. uol. II p. 376, 10 sq.) **72** ' cum morosa uago singultet in inguine uena ' Maius, t. l. p. 355, 22 **73** sq. ' mihi trama figurae | sit reliqua : ast illi tremat omento popa uenter ? ' Seruius, *comm. in Aen.* III 483 p. 426, 13 sq. uol. I fasc. 1 Th. **74** ' tumet omento popa uenter ' Maius, t. l. p. 395, 5 sq. ' tremit omento popa uenter ' Maius, t. l. p. 424, 2

Imitatores

10 sq. ' pauum se meminit Homerus Ennio somniante : sed poetis nec uigilantibus credam ' Tertullianus, *de anima* 33, 2 t. II p. 359, 2 sq. ed. l. : cf. *de resurrect. carnis* 1, 2 t. II p. 522, 6 sq. **24** ' turdus cum apud alios genere masculino sit, Persius « turdarum » dicit ' [Sergius], *explan. in art. Don.* I p. 494, 21 sq. uol. IV *g. L.* K. **27** (1) **62** ' alter Mercurius eris ei ' Io. Saresberiensis, *pol.* III 7 p. 167, 13 **73** ' Persius modo infinito « matronae immeiere uuluae » ' Probus, *cath.* III p. 36, 3 sq. uol. IV *g. L.* K. **77** ' in rigidae ramos suspensa

(1) Eadem uerba uersus 27[i] ' uocat officium ' habet Iuuenalis, *sat.* I 3, 239.

catastae' Vualtherus Spirensis, *uit. et pass. s. Christoph. mart.* V 73 p. 79, 6 **80** 'quicquam proposito uirum morari | Chrysippus potuisset ex aceruo' Apollinaris Sidonius, *carm.* **23**, 118 sq. p. 253, 5 sq.

DE PERSII VITA

A) *Vita A. Persii Flacci de commentario Probi Valerii sublata* *

Aulus Persius Flaccus natus est pridie nonas Decembris Fabio Persico L. Vitellio coss.; decessit VIII kalendas Decembris *P.* Mario Afinio Gallo coss. natus in Etruria Volaterris, eques Romanus, sanguine et affinitate primi ordinis uiris coniunctus. decessit ad octauum miliarium uia Appia in praediis suis.

Pater eum Flaccus pupillum reliquit moriens annorum fere sex. Fuluia Sisennia nupsit postea Fusio equiti Romano et eum quoque extulit intra paucos annos. studuit Flaccus usque ad annum XII aetatis suae Volaterris, inde Romae apud grammaticum Remmium Palaemonem et apud rhetorem Verginium Flauum. cum esset annorum XVI, amicitia coepit uti Annaei Cornuti ita ut nusquam ab eo discederet. inductus aliquatenus in philosophiam est.

Amicos habuit a prima adulescentia Caesium Bassum poetam et Calpurnium Staturam; qui uiuo eo iuuenis decessit. coluit ut patrem Seruilium No-

* De huius uitae scriptore uid. quae C. Barthius, *aduers.* XI 27, O. Iahnius, *proleg.* ed. 1843 pp. CXXXV sqq., CL sqq. et ap. Ritschel. *parerg. Plautin.* p. 618, Th. Mommsenius in *comm. soc. lit. Lips.* t. I p. 677 docte scripserunt.

*n*ianum. cognouit per Cornutum etiam Annaeum Lucanum aequaeuum auditorem Cornuti. nam Cornutus illo tempore tragicus fuit sectae poeticae, qui libros philosophiae reliquit. sed Lucanus mirabatur adeo scripta Flacci, ut uix retineret se recitantem *a* clamore quin illa esse uera poemata, sua ludos diceret. sero cognouit et Senecam, sed non ut caperetur eius ingenio. usus est apud Cornutum duorum conuictu doctissimorum et sanctissimorum uirorum acriter tunc philosophantium, Claudii Agathurrini medici Lacedaemonii et Petronii Aristotelici Magnetis, quos unice miratus est et aemulatus, cum aequales essent Cornuti, minor[es] ipse. idem decem fere annis summe dilectus a Paeto Thrasea est ita ut peregrinaretur quoque cum eo aliquando, cognatam eius Arriam uxorem habente.

Fuit morum lenissimorum, uerecundiae uirginalis, formae pulchrae, pietatis erga matrem et sororem et amitam exemplo sufficientis. fuit frugi, pudicus.

Reliquit circa HS uicies matri et sorori scriptis tantum ad matrem codicillis. Cornuto rogauit ut daret sestertia, ut quidam, C, ut alii uolunt, et argenti facti pondera uiginti et libros circa septingentos Chrysippi siue bybliothecam suam omnem. uerum a Cornuto sublatis libris, pecuniam sororibus, quas frater heredes fecerat, reliquit.

Et scriptitauit et raro et tarde. hunc ipsum librum imperfectum reliquit. uersus aliqui dempti sunt ultimo libro, ut quasi finitus esset. leuiter correxit Cornutus et Caesio Basso petenti, ut ipse

ederet, tradidit edendum. scripserat in pueritia Flaccus etiam praetextam Vescio et *hodoeporicon* librum unum et paucos in socrum Thraseae in Arriam matrem uersus, quae se ante uirum occiderat. omnia ea auctor fuit Cornutus matri eius ut aboleret. editum librum continuo mirari homines et diripere coeperunt.

Decessit autem uitio stomachi anno aetatis XXX. sed mox ut a sc*h*olis et magistris diuertit, lecto libro Lucili*i* X uehementer saturas componere studuit. cuius libri principium imitatus est sibi primo, mox omnibus detracturus cum tanta recentium poetarum et oratorum insectatione, ut etiam Neronem principem illius temporis inculpauerit. cuius uersus in Neronem cum ita se haberet ' auriculas asini Mida rex habet ', in eum modum a Cornuto ipso tantum modo est emendatus ' auriculas asini quis non habet? ', ne hoc in se Nero dictum arbitraretur.

Lectiones uariae

2 aulis *Fl Bn.e in inscr. schol.* uita pauli persii flacci equitis romani per cornutum phylosophum eius praeceptorem *ed. pr.* 4 aules *Fl Mn.b Pr.b Pr.e: de nominis Etrusca forma cf. Iahnii ed.* 1843 *proleg. p.* IV *sq.* natus circa *ed. pr.* nonarum *Ld.b* 5 Persio *ed. pr.* uitellioque *Bn.e G Ld.b Mn.b Mn.d Pr.b Pr.e* 6 rubio (1) *Mn.b Pr.b Pr.e* rubro *Bn.e* fuluio siario *ed. pr.*

---

(1) Lect. codd. ' Rubrio Mario ' receperunt Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Walthardus, ed. Bipontin., Achaintrius, Weberus, alii; ceteri emendationem Lipsii 'Publio Mario' secuti sunt.

a. gallio (1) *G* galloque *Mn.d* natus est (2) *Ld.b ed. pr.* 7 etriria *Pr.b Pr.e* uolterris *Bn.e Mn.b Mn.d Pr.b Pr.e* 9 miliare *ed. pr.* 11 eum (3) pupillum reliquit admodum puerum *ed. pr.* 12 fere V *Ld.b* sisenna *Ld.c Mn.b Mn.d Pr.b cod. Pith.* sinenna *Pr.e* sesinnia *Bn.a Bn.e* siscena *ed. pr.* *uerba* mater eius (4) *om. G Ld.c Mn.b Mn.d Pr.e* fuscio *Pr.d Pr.e* fusico *Mn.d* ruscio *Bn.e* roscio *ed. pr.* 13 extulit *sup. scr.* nutriuit *Mn.d* qui Persium quoque extulit et nutriuit *Bn.a Bn.e ed. pr.* extulit i. e. nutriuit et aluit *Pr.b Pr.e* inter (5) *Bn.a Bn.e ed. pr.* 14 aetatis suae (6) *om. Pr.b Pr.e* 15 uol-

---

(1) 'Asinio Gallo' legerunt Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Walthardus, ed. Bipontin., Achaintrius, Weberus, Iahnius, Duentzerus, Hermannus *praef.* p. V, alii; cf. Tac. *Ann.* XIV 48, 1: 'Afinio Gallo' Buechelerus (1893), Owenius, Némethyus, alii; cf. Borghesii *opp.* III 350, et Kleinii *fast. cons.* p. 39 laud. a Buechelero.

(2) 'natus est' scripserunt Iahnius (1851. 1868), Hermannus, alii.

(3) 'eius' pro 'eum' habent Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Walthardus, Achaintrius, Weberus, Iahnius (1843. 1851), Duentzerus, Hermannus, alii.

(4) Om. etiam Buechelerus (1893), Némethyus (1903), alii; signis inclusit Owenius; add. Iahnius (1843) et Duentzerus (1844): tanfummodo 'mater' add. Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Walthardus, ed. Bipontin., Achaintrius, Weberus, Iahnius (1851. 1868), Hermannus, alii. de Sisennia Persii matre *schol. Pers. sat.* 6, 6 haec praebet: 'se ipsum Persius significat secessisse in Liguriae fines [uidelicet] propter Fuluiam Sisenniam matrem suam, quae post mortem prioris uiri ibi nupta erat'.

(5) 'inter' scripsit Iahnius, ed. 1868 p. 35, 11; ceteri 'intra'.

(6) 'aetatis suae' om. Casaubonus, Schreuelius, Wetstenius, Walthardus, ed. Bipontin., Achaintrius, Weberus, alii.

